

# IOANNIS DE LANDVNO

PHILOSOPHI AGV TISSIMI

## S V P E R OCTO LIBROS ARISTOTELIS

### DE PHYSICO AVDITV SVBTLISSIMAE QVAESTIONES:

In quarum singularum capite Tituli earum ac Conclusiones  
nuper ad Legentium, & Studiosorum commodum:  
in Summas collectae conspiciuntur:

### ELIAE ETIAM HEBRAEI CRETENSIS QVAESTIONES:

uidelicet de Primo Motore, de Mundi Efficientia, de Esse & Essentia, & Vno:  
cum Eiusdem in dictis Auerrois super eisdem libros Annotationibus  
quamcastigatissimæ leguntur:

### DVO DEMVM HORVM OMНИVM EXTANT INDICES:

alter Quæstionum ac Conclusionum singulorum librorum nuper additus,  
alter totius operis notabilia quæq; accuratissime demonstrans.

QVORVM DILIGENS CASTIGATIO SEQVENTI

LEGITVR EPISTOLA.



.17.

VENETIIS APVD IVNTAS

ANNO M D L I.

# HELIAE HEBREI CRETENSIS PHILOSOPHI

130

## ACUTISSIMAE QVAE DAM QVAESTIONES

## HVI COOPERI EX INGENIO AC

DOCTRINA SVAR ADDITÆ, NUPER RECOGNITÆ.

### PRAEFATIO



Iicut habetur à Philosopho Quarto. Ethicorum Tractatu Secundo, qui de Magnitudine sermonem faciens, Pusillanimus priuā se bonis sibi dignis opponit magis magnanimitati, quæ est quid bonum, quam superbia, quæ est ipsi quædam stultitia, magis enim per superbiam quis se dignificat quam sit dignus. Pusillanimus uero se laudabilibus operibus & rerum speculabiliū veritatis inuentione priuatum reddit. Optimum itaq; immo omnibus rebus anteponendum arbitror, vt quicq; verā rerum cognitionem, maxime vero difficultum diuinarumq; indagari pro viribus annuitatur: quāuis id forte superbiam ascribendū nōnullis videretur, neq; enim adeo dandum est vitio si quis superbis quātum si pusillanimus efficiatur. Humanum enim est & naturale homini querere rerum cognitionem quantum possibile est, vnde pater omnium Philosophorum et maximus inquisitor physice veritatis Aristoteles, immo inuētor & eius imitator, & Commentator fidelissimus Auerrois mirabilis Philosophus, 17, de animalibus loquendo de apibus dicunt. Conueniens est homini et naturale inuestigare valde de rebus, in quibus possibilis est multa inquisitio, & hoc vel secundum dispositionem rei, vel secundum consyderantis posse, & si id, quod inuenit, non sit demonstratum, erit initium vel via posterioribus, si autem demonstratio sit impossibilis, tunc utiles humanae cognitionis in tali genere, est tale genus cognitionis, & maxime de rebus arduis & diutinis: quārum cognitione, et si sit pauca, delectabilior est & nobilior multa cognitione aliarum, vt dicunt in fine, 11. & in alijs locis, vt dicebamus his diebus cum doctoribus dignissimis nobilibus domino Antonio Picimano, & domino Dominico Grimani, plena tamen cognitione diuinorum prophetarum est & aliorum talium, qui de fide tractant, quibus maxime credendum est, Philosophorum autē uia alia est, ipsorum enim est res cognoscere per rationem demonstrationis, vel vt possibile est volentes sine ratione rationes conformes esse rebus, non vt melancholici credentes videre diuina & mirabilia, vt quosdam vidi, tales enim Galeno & Medicis sunt dimittendi, ego autem prouincia, vt imitās Philosophos, loquor in eorum doctrina, & si in quibusdam alteri dicēdum sit. Quare mihi visum est ea circa has quæstiones aggregare, quæ Peripateticorum principijs congrua videretur. Mout me insuper nobilitas magnisci & generosi doctoris dignissimi domini Hieronymi Donati filii magnifici & illustris militis Patrii Veneti domini Antonii, qui olim in hoc studio Patauino quæstionem hac publice optime disseruit, cuius quidem mandato has quæstiones has compilare volui.

Vale.

### DE PRIMO MOTORE, ACUTISSIMA QVAESTIO

An Deus Gloriosus, omnium rerum Primū principium, mouet primū Cælum, sicut efficiens & sicut finis, uel tantum sit mouens sicut finis.



Vixī quæstio difficilis, in qua multū dubitauerūt, & opiniones in ea diuersæ sunt inuentæ, consistit enim in primo omnī rerū principiō. Et est, an omnī rerū primum principiō, quod est Deus gloriosus, mouet primum cœlum sicut efficiens, & finem, sicut inuenitur hoc in reliquis motoribus cū corporibus cœlestibus aliquo modo, vel sit mouens tñ finem, ita quod sit alius motor appropriatus, p̄ter Deū, mouēs primū mobile. Et hæc q̄stio ē valde difficilis & nobilis. Difficilis qđem pp̄ diuersas opiniones in ipsa repertas, int̄m q̄p oēs quasi Philosophi, et maiores eorū in ipsa diversificati sunt, uel finē diueritatē in opinione, vel finē diueritatē in verbis metr̄ quorundā, ita q̄p aliquā vñ ex verbis eorū, q̄p non est alius motor primo corpī p̄ter primā causam, Aliq̄stātū vñ op̄positū, & non solū pp̄ eorū verba diuersa in hac difficultate reperta, verū etiam pp̄ fundamēta, sup̄ quā sunt in hac sc̄ia sustentati. Et idcirco Latinoꝝ maiores in sequentes Principem Posteriorē Commentatorē Auetroim, simplē dixerunt, q̄p Deus non mouet primū corpus, & dicunt q̄p hæc est eiꝝ opinio suis principijs conueniens. Præterea, Difficultas videri potest in hac quæstione, cū sit de primo principiō, vt 2. Meta, dicit Philosophus. Dispositio. n. intellectus in aīa apud illud qđ est natura, valde manifestū, sit in dispositioni oculorū, et pertinoris apud lucē Solis, vñ dicit Cōmen. q̄p hoc non ostēdit res abstractas intelligere esse impōle nobis, sed difficile; & et pp̄ paucitatem propositionū, repertarū in istis quæstionibus, difficilis. Nobilis autē, quia est de ente nobilissimo, ac et declaratio modus finē naturam subiecti artis huius, erit sufficiens quasi pp̄ propositiones primas in hac sc̄ia statim cōcedendas ab hoīe bene disposito, non nihil de rei natura sciēre, cū sc̄ierit q̄p demonstrationes in omni sc̄ia debent esse cōvenientes naturæ subiectū illius sc̄ia, eo modo quo in illa sc̄ia consyderat, ubi bene declarat Philosophus Primo Ethic. Et ideo visum est mihi ponere rōnes ad vtrāq; partem. Nā iste modus est utiles. Et idcirco Philosophus in multis locis ponit rōnes pp̄biles ad vtrāq; partē. Nā, cum fuerit inuenta veritas apparebit solutio illarū rationum, sicut est de natura demonstrationis. Et quia est in illis rationibus est aliqd veritatis, sic ueridicit Cōmentator.

Primo igit̄ arguere ad partē negatiuā rōnibus multis acceptis ex verbis Auerrois & aliorum. Ipse. n. in sua summa Sc̄ietate Diuina, particula quarta uersus finē, hanc difficultatem p̄cipue consyderās, ponit haec verba. Iā declaratum ē ex sermone p̄dicto, quod nobilior horū motorum est motor cœli stellarū. Et q̄p iste est causa aliorū motorū. Et hoc est quod iā est declaratū ex illo sermone. Sed cum nos consyderauerimus pp̄prietates primi, i. q̄p est unus simplex nō intelligēs de sua essentia aliquā multitudinē, & inter actionē huius motoris non cōueniunt huic istae pp̄prietates, vult dicere, q̄p primū simplē intelligit de Iandu, sup̄ Phy. r. s̄ sua

Argumēta  
afferunt ad  
partē nega-  
tiuā.

# QVAESTIO DE PRIMO

130v

sua essentia rem existentem in sua essentia non in alio. Nam ipse in se elligit suam essentiam tamen sine relatione & sua essentia non est causata, & in eo non est multitudo: nec propter varietatem intellectus & intellecti, neque multitudo intellectorum, ut dicit Commentator commento, s. i. Duodecimo Meta. Sed alii motores vel intelligentiae intelligunt suam essentiam quam habent a primo. Et hoc modo intelligunt rem, quae est per suam essentiam aliquo modo: quod est illud, quod intelligunt de primo, est sua essentia, sicut declaratur. Et ideo in eis reperitur multitudo aliquo modo, & relatio: quamvis intelligens, intellectus, & intellectum in ipsis abstractis sunt unum, sicut declarabit. Iste enim modus declarationis non est omnino conueniens positioni, sed veritati, ut apparebit. Postea autem dat ipse causam in multitudine reperram in quolibet motore modo conuenienti positioni. Et dicit, quod iste motor de necessitate ab ipso peruenit magis, quam vna forma. Nam ipse dat formam coelum stellatum, & esse motoris mouens coelum, quod est post ipsum, & ab uno simplici inquantum simplici tamen unum prouenit. Quo ergo prouenit ab ipso multitudo diversarum rerum, quae diversificantur in dignitate: nam motor de necessitate est nobilior quam forma coeli, & essentia ex qua ista duo sequuntur, habet partes quasdam nobiliores, quasdam vero minus nobiles. Vult dicere, quia prouenient aut se quantur ab ipso duae res distinctae secundum dignitatem & agens agit simile essentiae eius, de necessitate illud agens non erit omnino unum, sed continet in seipso partes dissimiles. Et cum fuerit talis dispositio huius essentiae, scilicet motoris coeli stellatum, de necessitate erit causatum habens causam, quae est causa sui esse. Et illud principium est illud, cui conueniunt illae proprietates, & ei equihollent, & hoc est Deus gloriosus. Nam ponere aliud principium prius isto, de necessitate est superfluum, & in natura non est superfluum: sed qualis est ordo istorum principiorum ad hoc primo videtur esse magis conueniens quod magis propinquum ipsi sit intellectum magis simplex, & magis nobile. Et, quia non inuenitur hic motor nobilior motore totius, sequitur de necessitate, quod ipse sit potentia res ordinata vel producta ab ipso, scilicet primo principio, vide ergo, quod propria sua opinio est haec, & componatur sermo eius sic, ab uno simplici, secundum quod est unum simpliciter, non prouenit ab ipso multitudo: sed primum simpliciter est unum simpliciter: ergo a primo non prouenit multitudo. Et, cum contingatur huic conclusioni, quod a primo motore ordinatur vel prouenit multitudo, sequitur quod primus motor non est primum simpliciter. Propositio autem dicens, quod ab uno, inquantum unum, non prouenit ab ipso multitudo, nisi unum tantum, declarata est perfecte a Commentatore in Lib. Destructio Destructionum, quem composuit contra Algazel. Et alias eas rationes dicuntur. Dicit enim ibidem, si fuisse possibile ex una essentia multas actiones prouenire, fuisse possibile aliqd fieri sine efficiete, nam ens ab ente produci, non a non ente. Et ideo impossibile est priuatum ex se produci, et cum efficiens aliqd agit & extrahit illud de potentia ad actum, extrahit illud efficiens, secundum quod est in actu, erit de necessitate modus rei actae secundum modum efficientis extrahentis illud a priuatione in esse. Nam, si quodlibet actum fieret ex quolibet efficiente, non autem determinato, fuisse possibile res exire in actum de se, non propter efficiens producens ipsas: & si multae species extrahuntur de potentia in actum ab uno efficiente, de necessitate oportet esse in ipso aliiquid, quod sit proportionale ipsis speciebus. Nam, si in agente non fuisse nisi unus modus ex ipsis reliqui modi, qui extrahuntur ex alterantur de se sine efficiente.

Sed tunc ibidem ipse dubitat contra haec rationem dicens, forte alius diceret, quod conditio agentis est esse in actu absolute tantum, non esse secundum actum determinatum. Et respondens huic dicit, quod si hoc esset, ita quodlibet produceatur per quodlibet efficiens non determinatum a determinato. Et sic entia confunderentur. Præterea, scilicet ab solute, scilicet vniuersale magis est propinquum priuationi quam

E esse. Et ideo negant ens vniuersale & colorem vniuersalem, dicentes inesse intentionum, vult dicere, ut puto quod ens in actu est unum numero determinatum, sicut declaratum est in Septimo Meta, & in multis alijs locis. Et dicit, quod veritates intentiones dicunt ipsis, neque esse, neque non esse. Vult dicere, quod vniuersalia, quae sunt ab intellectu, aliquo modo non sunt in actu extra animam, nec simpliciter priuata: quia tunc vniuersale esset significatum, sed sunt extra animam in potentia. Præterea dicit, quod si sufficeret efficienti esse ens absolute, tamen intentiones fuisse cause rerum. Declaratur haec conditionalis, ut puto sic. Nam, si sufficeret efficienti agere propriam & determinatam rem, vel res determinatas esse tamen in actu: & quod non sit habens proprietas determinatas conuenientes aliquo modo rebus actis, fuisse possibile quod vniuersale quod sit per operationem intellectus, quod est idem, ut dicit cum ente absolute tamen esset causa rerum existentium extra animam. Nam, post quod agens non indiget modo proprio conuenienti effectui, esset proportio entis in potentia vniuersalis, quod sit per intellectum, quod est idem, cum ente absolute ad causatum proportionio entis absolute in efficiente in quo non est modulus conuenientis effectui. Aut sic declaratur: quod ens absolute tamen non proprium & determinatum est intentio, ut dicit: & sic intentio sufficeret causare res. Adhuc probas istam propositionem dicens, quod nos scimus res esse diversas secundum definitionem, & quod quidditatem per diversitatem actionum earum, & ideo, si quodlibet vel quilibet actio produceretur a quolibet efficiente, non fuisse possibile diversitas in quidditatibus eorum. Et sic non esset definitio, nec quidditas, neque scientia. Adhuc posuit multas rationes ad quodlibet, quas hic dimitto. Propositio autem dicens quod primum est unum simpliciter absolute declarata est ab ipso in dicta sua summa, & in Duodecimo Meta. & in lib. Destructio Destructionum, ubi loquitur de proprietatis. De ordine autem aliarum intelligentiarum videtur etiam dubium sicut dicit ibidem, scilicet in sua summa. Nam sicut dicit, neesse est intelligentiam nobiliorum esse priorem: sed nobilitas in ipsis inuenitur aliquo quatuor modorum, aut propter velocitatem motus, aut magnitudinem corporis mobilis plura circundantis, aut propter multitudinem stellarum vel magnitudinem earum, vel propter multitudinem motuum & paucitatem eorum, quibus perficitur motus stellarum. Nam illud, quod indiget ad motionem stellarum plus uno motore, est diminutum respectu indigenis paucioribus motoribus. Nam hoc non indiget motoribus ita multis praeter ipsum. Et dicit hic, nam ipse credit, quod omnis motus determinatus necessarius ad motionem stellarum habet motorem determinatum. verbigratia, si ad motionem Saturni requiratur quinque motus habet quinque motores secundum istam viam, ergo dicit, quod motor stellarum est nobilior alijs motoribus, nam in ipso inuenitur nobilitas omnibus modis supradictis. De ordine autem aliorum motorum dicit, quod non habemus propositiones veras vel necessarias, nisi tantum, quod videtur magis conueniens, sicut confuerat exppositores in hoc loco, scilicet quod post dignitatem motoris corporis stellarum est motor Saturni. Et similiter dicendum est de alijs motoribus, scilicet quod ordo eorum in nobilitate est secundum ordinem coelorum, vnum post aliud, vel sub aliud, ut declaratum est in Astronomia, & dat causam, propter quam dicit non habere propositiones in hoc necessarias. Nam secundum proprietates, quas diximus prius, attribuere dignitatem eis accedit contradicatio. Nam, si posuerimus dignitatem in motoribus secundum situum corporum eorum, & esset positum quod circundans est magis circumdata, quod est sibi quasi forma, sicut declaratum est in loco suo: & postea considerauerimus dignitatem secundum velocitatem multitudinem & paucitatem & magnitudinem stellarum & paruitatem, sequitur oppositum. Nam nos videmus coelos magis inferiores esse velociores ut celum. Solis & Lunæ, nulli dicat quod, quod hec velocitas est respectu magnitudinis vel distancie non in se: vult dicere, quod hec corpora sunt

sunt minora. Et ideo perficiunt circulationes eorum tempore breviori: sed, cum confyderamus magnitudinem & circulationem forte superiora sunt uelociora. Et ideo non valet haec consequentia, sunt velociora: ergo perficiunt circulationes eorum vel revolutiones tempore minori, nec haec perficiunt circulationes tempore minori, ergo sunt uelociores. Postea autem dicit, quod hoc videtur a dispositione Solis. Nam ipse est maior, & habet pauciores motus hominibus. Dicit etiam, quod possumus opinari, quod mouens Solem ordinatur a motore cœli stellati, & postea ordinatur vel producitur a motore Solis motor Saturni. Et sic fin istum ordinem usque ad motorē Lunæ. Et dat signum super hoc illud, quod semper videtur de motu stellarum in comparatione ad solem, & a conservatione eorum perpetua in velocitate & tarditate finitum distantias determinatas esse: & maxime Venus & Mercurius, nam motus istorum duorum cœlorum sunt aequales motui Solis. Luna est videtur quod procedit aequaliter apud coniunctionem & oppositionem, & apud quadraturas. Et ideo videtur quod motor Solis est nobilior, & reliqui cœli ppter primum, quasi serviant Soli, & sequitur eum sicut diximus. Et ideo dicit vniuersaliter, quod non habemus demonstrationē de hoc, & similē sententiam posuit in. 12. Meta, cōmen. 44. Deinde adducit difficultates accedentes in hac materia, & solutiones earum. Primum est, quod finitum ordinem prouenier a motore Saturni, non ergo anima corporis eius, i. sua substantia, & motor cœli, quod est post ipsum, & motus corporis eius perficitur per plus quam unum motum, & illud, quod ordinatur ab ipso, est plus quam unus motor: nam finitum hoc sunt sex, unus motus motor corporis existentis post ipsum, et quinq[ue], quibus perficitur motus Saturni. Sed, tamen illud, quod processit, videtur necessarium quod non debet ordinari ab isto motore nisi tres res. Nam ipse est in tertio gradu. Et est necessarium, quod multitudo inuenta in actione eius sequitur multitudinem existentem in substantia eius, sicut ex una essentia prouenit una actio tria. Et ad hanc rident, quod hoc sequeretur, si posuerimus res ordinatas ab isto tertio motore uniformiter, & finitum unum modum ab ipso. Sed nos dicimus, quod a motore Saturni ordinantur primarie et principali tria: unum eorum est motor cœli existentis post ipsum, & anima cœli, & unus motor, quibus indiget ad motum illius stellarum. & postea ordinantur vel procedunt ab isto motore tres reliqui motores ordinatae, i. secundus a primo, & tertius a secundo. Secunda difficultas est, quod sequeretur finitum hoc, quod motores Solis & Lunæ sunt multi finitum multitudinem inuentā in substantia eorum duorum, cum sit istis principiis multitudo existens in substantia eorum, & habebit Luna verbi gratia, novem motus, & Sol, si posuerimus ipsum super Lunam, & sub Venerem, & Mercurium finitum diversitatem, quae est in hoc inter Astronomos. Et huic rident, quod finitum hanc opinionem est necessarium, quod multitudo ordinata a qualibet eorum est finitum multitudinem, finitum quam diuidit haec essentia non plus, & ideo ab uno ordinatur unus, non duo. Et impossibile est, ut illud, cuius essentia diuiditur in duo, prouenire ab ipso tria, non tria est necessarium, quod illud, quod prouenit ab essentia multiplici, sit finitum numerus, finitum quem diuiditur illa essentia, & dat causam in hoc. Nam non est possibile, sicut postea declarabitur, quod aliquid istorum principiorum sit sine actione. Sed, quod actiones cuiuslibet eorum sint finitum numerum, finitum quem diuiditur essentia illius, non est necessarium. Et causa huius est, quod illud, quod est ex eis magis nobile, quarum essentia diuiditur vel multiplicatur, actiones eius sunt numeratae per se. Illud autem, quod est minus nobile, actiones eius sunt pauciores multitudine existente in essentia eius, & vniuersaliter non sequitur ex hoc, quod dicimus, ex uno non sit nisi unus, quod ab illo, cuius substantia diuiditur in duo, proueniant duo. In libro autem *Destructio Destructionum*, quae compositum contra Algazel, ponit tale difficultatem de mente ipsius Algazel contra hanc positionem, dicit enim sic, quod haec videtur fabulosae dicta & phantastice. Nam & si concederimus istas

suppositiones quoniam tunc verificabitur dictum eorum, scilicet quod primum causatum: quia est possibile in se prouenit ab ipso substantia cœli supremi: & finitum quod intelligit se prouenit ab ipso anima cœli: & finitum quod intelligit suam causam prouenit ab ipso alia intelligentia: & quod differt iste sermo a sermone dicente cum fuerit homo possibilis ex se intelligens se et suam causam, pruenit ab ipso finitum quod est possibile cœlum. Et finitum quod intelligit se & suam causam due aliæ res. Nam esse possibile ex se, non diversificatur per diversitatem substantiarum, possibilis fuerit homo vel intelligentia vel cœlum: & tunc queritur, quae est habitudo inter esse possibile ex se, et prouenire cœlum ab ipso, & multum deridet hanc positionem. Dixit autem finitum quod est possibile prouenire ab ipso cœlum, & finitum quod intelligit se prouenire ab ipso anima cœli, quia ipse credidit, quod anima cœli est alia a motore separato, & a corpore finitum opinionem Aueniensem. Auerrois autem ponit tantum motorem & corpus simplex, ideo diversificantur in exemplis ipsorum. Cui respondet Auer. ibidem dicens, quoniam haec opinio non conueniat principiis physicorum, tamen inconveniens, quod adducere voluit Algazel, non sequitur. Nam exemplum eius de homine fuisse verum, si poneretur homo possibilis ex se, necessarius ab alio intelligens se & suam causam producens entia finitum suam essentiam, & finitum suam cognitionem, sicut positum est totum hoc in secunda causa apud hanc opinionem. Nam, cum fuerit sic positum, sequitur, quod procedunt ab isto homine duas res, una earum finitum quod cognoscit se, altera secundum quod cognoscit suum efficiens. Nam positus est efficiens finitum cognitionem, & non est remotum etiam dicere, si ponatur efficiens secundum suam substantiam, quod illud, quod prouenit ab ipso, est secundum quod est possibile ex se, aliud ab illo quod pruenit ab ipso, finitum quod est necessarius: ex quo haec duas intentiones inueniuntur in sua essentia vel in sua substantia. Et dicit vniuersaliter, quod non differt hoc a sermone dicente, si poneretur homo, in quo sunt omnes proprietates existentes in primo prouenire ab illo toto mundus. Nam propter proprietates existentes in primo, iudicamus mundum esse ab ipso. Et in fine dicit in abbreviatione eius, quod haec est via modernorum Philosophorum arabum, sicut Alpharabij, Aueniensem, & aliorum: & putat, quod haec est via Platonis & Themistii, & est fortior via, super qua sustentari sunt in hac opinione. Iam valde prolongauit in ista prima ratione, quae est positio Aueniensem, & aliorum. Nam ab ipsis dictis intelliguntur multa dicta Commentatoris, quae postea adducentur contra hanc opinionem tali modo, quod non posset quis errare in expositione illorum dictorum, nec extorquere dicta Commentatoris, propter quorundam opiniones. Secundo arguitur auctoritate Commentatoris Duodecimo Metaphysicæ cōmento, 41, soluendo difficultatem Ioannis Grammatici, ubi dicit, Sed quereret aliquis, si mouetur a potentia, cuius actio est infinita, necesse est, ut moueat ipsum non in tempore, sicut contingit cum fuerit existens in ea: & dissolutione est, quod iste motus componitur, ut declaratum est, ex duobus motoribus, quorum unus est finitum motionis, & est anima existens in eo: & alter est infinita motionis, & est potentia, quae non est in materia. Secundum igitur quod mouetur a potentia infinita, mouetur in tempore: cum dicere finitatem est habere proportionem determinatam ad rem motam, & in sua substantia est aeterna, quoadmodum suum subiectum est aeternum, scilicet in neutro eorum est possibilitas in substantia, sed est possibilitas in subiecto eorum ad recipiendum motum. In eis autem non nisi mouere tamquam, & per diversitatem istius propositionibus in corporibus coelestibus, scilicet quae est inter corpora eorum & animas, diversificantur in velocitate & tarditate: & in hoc in quo conueniunt, quia mouentur a potentia non in materia, habent aeternitatem motus & continuationem motus. Ex hoc modo verum est dicere corpus coeleste habere potentiam finitam. Et clarum est, quod non est intentio Auer, quod cœlum sit cōpositum ex aia existente in ipso, sibi Landu, sup phys.

## QVAESTIO DE PRIMO

inhærens, aut ex materia & forma. Nam ipse vbiq[ue] ualde solicitat istam opinionem destruere contra Auenen, non intelligit ergo per ista anima aut motorem, qui est in ipso, nisi motorem appropriatum sibi immateriali, qui aliquo modo dicitur anima: & dicitur esse in corpore, secundum quod est motor appropriatus, proportionatus corpori determinato. Motor ergo, de quo dicit nō esse in materia, est motor non existens in materia etiam appropriatus, i. non est motor appropriatus alicui corpori, neē existens in ipso: & hoc non verificatur de motore primi mobilis. Nam ipse euā est appropriatus suo corpori, vel mobili: propterea quomodo verificabitur de illo primo mobile habere has duas intētiones, nisi cum posuerimus alia substantiam priorem motores eius appropriato, patet ergo, q[ui] est alijs motor preter motorem appropriatum primi mobilis prior ipso, & est Deus, & non est aliqua via, fm quam mouet, nisi fm finem. Et hæc ratio est ualde fortis, & difficilis expositionis, & maxime apud non intelligentes principiā Commentatoris in Scientia Diuina, instantum q[ui] propter hanc rationem absolute dixit Ioannes de Iandonis in Octauo Physicoru[m], & maior pars Expositorum Latinorum, quod opinio Commentatoris est, q[ui] Deus non mouet corpus determinatum, sed est mouens tātum fm finem, & illud quod fortificat istam est natura Commen. in Octauo Physicorum, in solutione cuiusdā dubitationis, dicit, q[ui] motor incorporeus non est finitus nec infinitus. Nam non est quantus, & ista sunt proprietates quātitatis, in quibus verbis sunt difficultates, vt patet per dicta Expositoris Thomæ. Nam ipse ibidē arguit contra Commentatorem dicens, q[ui] magnitudo finita & infinita duplice debentur formæ & potentiae mortiū. Vno modo per accidens fm extensionem sui subiecti, vt albedo dicitur magna fm extēsionem superficie, in qua est. Alio modo magnitudo debetur formæ fm rationem propriæ perfectionis, ita q[ui] albedo perfectior & intensior in parua quātitate dicitur esse maior albedo q[ui] albedo remissa in magno pariete. quamuis ergo forma non existens in materia non habet magnitudinem primo modo: tamē habet in secundo modo, & alia plura contra Commentatorem adducit. & quod videtur magis difficile est, Nam ipsenit dicit in multis locis, q[ui] proportiones motorū diversificantur fm velocitatem & tarditatem, & dicit ipsos esse finitos, vt patet in verbis eius, Octauo Phy. & Duo decimo Meta, auctoritate præallegara. & Primo Cœli et Mundi, commento, 38. & 39. & 71. quæ omnia nō videntur posse solvi, nisi dicendo, q[ui] primitus non est finitus nec infinitus: quia nō appropriatur alicui corpori per aliquæ motum determinatiū, sicut reliquæ intelligētis, nec existit in corpore, sed est finis tātum. Tertio arguitur, præter motorem mouentem fm amatum & intellectū, opereret de necessitate ponere motorem amātem & intelligentem: sed primum principium, quod est Deus, mouet fm quod est amatū & intellectū: ergo oportet ponere p[er] ipsum amantē & intelligentem. Maior probatur, supponendo quod declaratum est à Philosopho, in, 12. Meta. q[ui] nullus est modus, fm quem mouentur corpora cœlestia à motoribus eorū, nisi fm intellectiū & desiderium, & tunc declaretur sic. Cœlum mouet fm q[ui] est intelligens et desiderans: ergo mouet ad amatum & intellectū, sed cœlum non mouet fm q[ui] est amans & intelligens nisi intelligendo p[er] cœlum aggregatum ex corpore cœlesti & motore suo immateriali, & motor eius est illud quod intelligit. Nā non est alia anima in cœlo nec forma, nec phantasia fm Commentatorem, ergo ille motor mouet ad amatum & ad intellectū. Quod aut̄ primum simpliciter mouet fm q[ui] est amatum et intellectū patet. Nā motor corporis primi, sicut & alij, mouet fm q[ui] est amans & intelligēs: ergo est p[er] ipsum amatum & intellectū, apud quod mouet vel mouet, & hoc nō est nisi Deus. nā non oportet ponere ad huc causam priorē isto amato. Et hæc oia vident̄ esse manifesta ex verbis & intentione Philosophi & Commentato-

E ris. Nā Cōmentator, 12. Meta, Versus sistem cōmenti, 36, loquēs de Arist. dicit. Et dicit omnia ista ad declarandū, q[ui] corpora cœlestia cum habet appetitum pp intellectum. Intellectus autē maius bonum ipso appetit, contingit necessario q[ui] corpora cœlestia appetunt in hoc motu aliquod magis bonum ipsis: & cum illā sunt nobilissima corpore sensibilium & meliora, necesse est, q[ui] illud bonum, quod appetunt, sit nobilissimum entium, & maxime, quod appetit totum cœlum in motu diurno. Declaratum ē ergo, q[ui] appetens appetit nobilis ipso, et nihil est nobilis motor, & maxime totius præter amatum ab ipso, quod est Deus, & dicit in eodem, 12. commetib, 37. Versus finem, primum enim cœlum mouetur ab isto motore fm desideriū, vt assimiletur ei fm suum posse, sicut amās mouet, vt assimiletur suo amato, alia autē corpora cœlestia mouentur fm desiderium ad motum primi corporis, & in commento, 44, dicit, illud igit, quod intelligit motor corporis cœli de primo motore, & est causa in anima cœli, alius est ab eo, quod intelligit ex eo motore orbis Saturni, & similiter de vnoquoq[ue] eorum, s. q[ui] perfectio uniuscuiusq[ue] eorū est intelligendo causam primā & propriam, & manifestū est, q[ui] cœlum, quod post est, s. cœlum Saturni, ē primum fm eum & Philosophum, p[er]terea cuni perfectio vniuersiusq[ue] eorū est in intelligēdo primā causam, fm eum vñ, q[ui] perfectio motoris primi corporis est in intelligēdo primā causam, ergo prima causa est p[er] motorem primi corporis, & in Substantia orbis, versus finē inquit. Et cum considerauit in istis virtutibus cœlestibus appetitiis, vult dicere, motores, inuenit eas mouere ad appetibile nobilis ipsis. Hoc aut̄ non verificatur de motore primi corporis, nisi ponat q[ui] ipse non est Deus. Quarto arguunt Postriores Latinorū sic, simpliciter nobile & perfectum nō indiget actione, vt dicit Philosophus, 2. Cœli in duab[us] quæ stionibus difficultibus: sed Deus ē simpliciter nobile: ergo & confirmant hoc sic, Oē mouens fm efficiens, aut mouet pp perfectionem quā acquirit, aut pp conseruationē suæ perfectionis, sicut dicit Commen. in 12. Meta, commento, 37. sed Deus nullā acquirit perfectionē, cum sit prima causa, & simpliciter perfectus, nec indiget conseruare suam perfectionem, nā nihil est eo nobilis, cui appetit assimilari. Et hæc est conseruatio perfectionis, sicut vñ ex verbis Cōmentatoris in illo loco, p[er]terea dicunt, q[ui] Philosophus dicit in loco p[er] allegato Secundo cœli, q[ui] oē mouēs aliquē motum effectū, mouet pp rēm nobiliorē ipso: nihil aut̄ est nobilis D[omi]n[u]s ergo &c. Quinto arguitur rōne rabii Moysis de Ægypto dicentis hæc verba, & nō est conueniens, q[ui] intellectus mouēs primum mobile sit prima causa, quæ est necessaria ex se: quia iā conueniret cum alij in telligētis in vna dispositione, & est mouere corpora, quasi ergo arguit sic, substantia diuersa om̄ino, quare vna est causa aliarū, non prouent ab eis unus effectus: sed substantia primi principij multum differt à substantia aliarū intelligentiarum fm perfectionem & dignitatē, & est causa earum necessaria ex se: ergo non cōicat cum reliquis intelligentiis in mouere, & videtur bona ratio. Sexto arguitur rōne, quam ponit dominus Cōmentator in quibusdam suis empliis, & videtur ex suis verbis quod sit accepta ex verbis Themistī: & est hæc, stellatum cœlum nobilis est nonstellato, ita q[ui] quasi motus cœli nonstellato est p[ropter] motum cœli stellati: sed primum non est stellatum fm opinionem Posteriorum: ergo cœlum stellatum existens post ipsum, est nobilis ipso, & motus eius, id est nonstellati, ordinatur p[ropter] motum cœli stellati & illud, quod talis motu mouet, mouetur per accidens, ergo motor primi cœli mouetur per accidēs: sed primus nō mouetur nec essentialiter nec accidentaliter: ergo motor primi corporis nō est primum simpliciter, propositio aut̄ dicens, q[ui] illud, quod sic mouet, mouetur per accidens, declaratur hoc modo de mente ipsius in illo loco. Nam motus cœli stellati constituitur vel fit à duobus motoribus, qui intendunt motum yniusmet corporis, id est stellati.

Iati. Nam illud, in quo nō est stella, est propter stellarum: & de necessitate isti duo motus diuersi habent duos motores, & inquantum sunt quasi in potentia vnius mobilis, sequitur q̄ quilibet eorum intendit unum motorē, postq̄ ista principia mouent, sūm q̄ sunt fines. & ideo quilibet istorum motorum duorum mouetur ab alio per accidēt. Vult dicere, ex quo quilibet istorum motorum intendit motum alterius. Nam isti duo motus, scilicet non stellarū, qui ordinātur propter motum stellarū, & motus coeli stellatū, sunt quasi unus motus compositus vel constitutus. Sicut dicimus, q̄ reliqui motores mouēt per accidēt, quasi corpora eorum mouentur secundum motum primi corporis: & quasi motores eorum intendunt istum motū eundem. Dicit præterea ibidem ad declarationem huius, q̄ sicut motus multi, qui sunt propter vnam partem stellarū, motores eorum, scilicet corporum intendunt ad vnum motorem, & est primus motor illius stellarū, sic est in istis duobus motibus, quos videmus in cœlo stellato, ex hac tamē ratione non habetur q̄ mouet tanquam finis tantum: forte enim mouet mediante alio, aut contingit non mouere effectiue nec mediate, nec immediate: quia ab ipso primo tantum sequitur primus motor, & nihil aliud: q̄a est omnino simplex & ab uno, tantū vnum prouenit sūm ipsum. & similiter cōtingit rationi rabi Moysis. & ideo haec opinio est omnino contraria positioni Philosophi & Cōmentatoris: & omnes rōnes quas dicemus sunt contra ipsam, non sicut autem est de opinione Themistij, quāvis ipse differt ab opinione Philosophi & Commentatoris: & nō indigemus in hoc duobus motoribus, hæ sunt rationes fortiores, per quas haec positio videtur esse vera.

Rōnes pro parte affirmativae.

Ad partem affirmatiuam arguitur auctoritate Commentatoris in Duodecimo Metaphy. commēto. 44. vbi istam difficultatem determinans ex intentione, assert par tem affirmatiuam, dicit enim. Sed quereret aliquis, qm, si motus omnium orbium intendant tandem actionem & eundem ordinem communem omnibus, necesse est vt habeant eadē formam intellectam extrinsecam à formis, quas intendit unusquisque per se, s. formis proprijs, erit igitur forma quasi finis addita super formam propriam, erga quā mouetur orbis stellatus, & unusquisque orbis aliorum orbium. Dicamus igitur, q̄ nulla forma est quasi finis & communis & vniuersalis, nisi illa ex eis, quæ habet actionem communem. Et haec est dispositio forma mouentis primum cœlum motu diurno, dispositio enim in iuamento corporum cœlestium adiuicem in creando entia, quæ sunt hic & conseruando ea, est sicut dispositio regen tium honorum, qui iuuant se adiuicem in regendo bonam ciuitatem: qm omnes actiones eorū sunt erga actionem primi principis. ponunt enim actiones suas serientes & consequentes actionem primi principis. quemadmodum igitur primus princeps in ciuitatibus necesse est vt habeat actionem propriam, quæ est nobilissima actionem, & si non esset ociosus, quam actionem intendunt p̄ suam actionem oēs, qui sunt sub primo principe, quemadmodum igitur necesse est in istorum principiis, vt primus principatus sit, sic est necesse in actionib⁹ principiū, vt prima actio sit, & sic accidit in artificiis, quæ iuuant se ad iuicem erga vnum artificiale: & sunt illa, quorum quædam sunt participaria alīs, & omnia reducuntur ad vnum artificium: verum igitur qm plura artificia seruunt artificiis equitandi. Sic igitur est intelligendum de istorum corporibus cum suis formis, à quibus mouentur. Et de istorum formis adiuicem, postea ibidem dicit tantum esse illic intellectus & intellectum, & perfectum & perficiens: quemadmodum artificia perficiuntur ab iuicem in hoc, q̄ accipiunt principia ab iuicem, & omnia reducuntur ad accipiendum omnia sua principia ab artificio vniuersali continentia ea. Et ideo videmus, q̄ scientia magis propria Primi Dei, scilicet est illud, quod continetur sub prima Philosophia, & scientia propria proprius, quæ sunt sub eo, est similis scientijs particularibus, quæ sunt sub Prima Philo-

sophia. Videtur ergo ex verbis eius expresse, q̄ non est hic forma præter formas appropriatas. appareat etiam, q̄ si prima forma non esset mouens, & habeat actionem, sicut reliqui motores, quamvis sit illa actio magis nobilis & magis vniuersalis, esset ociosa, uidetur etiam, q̄ ille pri-  
mus motor est Deus, & mirum est de Latinis quomodo intelligunt istam quæstionem. Nam, si poneretur hic forma non appropriata mouens secundum finem tantum, si

cū dicunt, quæstio est vera, & nulla indiget solutione: et quomodo verificatur apud eos, q̄ non est forma quasi finis & vniuersalis, nisi forma habens actionem communem, & est motus diurnus. Et, si velint exponere q̄ Deus est habens illam actionem mediate, tamē hoc est falsum:

B nam nulla est positio ponens inter primum motorem pri-  
mū mobilis & Deum aliam intelligentiam, vel saltem nō  
apparet verisimilis positio, nec motuum Commentato-  
ris ad hoc inducit, quare ergo mouetur hæc difficultas, si  
Commentator concedit hoc, scilicet q̄ Deus est mouens  
mediate secundum finem. Et quare negat quæstionem,  
immo verum est secundum hoc, q̄ est quasi finis addita  
super formam propriam. Præterea, Ipse assimilauit hoc  
primo principi, & arti principali. Et dixit, q̄ primus Prin-  
ceps habet actionem determinatam, nobilissimam tamē  
actionem: & q̄ alij ponunt suas actiones seruientes & co-  
sequentes actionem primi Principis, & hoc non verifica-  
bitur nisi de motore appropriato motu diurno primum cor-  
poris, quem consequuntur alia corpora cœlestia, & mo-  
tores eorum. Præterea, Ipse ponit hanc dubitationem  
contra se, quia iam dixit, quod non est substātia prior mo-  
tore totius, quia quilibet eorum est mouens secundum  
agens & finem. Hæc autem dubitatio probat oppositū,  
scilicet, quod est vna & addita, vnde Commentator sol-  
vit istam, ergo solutio hæc vult, quod non est aliqua com-  
munis præter appropriatos, hoc patet etiā ex dictis eius  
in illo commento ante quæstionem predictam, vbi dicit,

C etiam est intelligendum, quod motus aliorum orbium in-  
tendunt motum orbis stellati, & q̄ perfectio vniuersu-  
iūsque mouentium vnumquodque eorum, id est orbium, scilicet primorum, perficitur per primum motorem omnium.  
Et ideo omnes intendunt hunc motum diurnum, qui est  
primum motoris actio, & principium aliarum actionū. Et  
cum huic fuerit adiūctum illud, quod dicit cōmento, 52.  
sententia erit magis clara.

#### CONCLVSION AD MENTEM PHILOSOPHI, ET COMMENTATORIS.

Primum principium, quod est Deus, mouet primum cœlum  
effectiue immediate, sicut motores ceteri sua de-  
terminata mobilia.

Modus pro  
cedendi.

D I Nista difficultate sic procedam. Primo declarabitur positiō, quæ est Philosophi, & sui Excellentissimi Cō-  
mentatoris, & adducam quasi omnia verba eorum  
reperta in hac difficultate, & declarabo ea secundum pos-  
se meum. Secundo, ponam quasdam suppositiones, ex quib⁹  
apparebit solutio argumentorum, & difficultatum ferè omnium accidentium in ista quæstione. Tertio solu-  
uam argumenta. Dico ergo, q̄ conclusio, quam tenet  
Philosophus, & Commentator est hæc, q̄ Deus vel pri-  
mū principiū simpliciter entium, mouet immediate  
primum cœlum effectiue determinatum, sicut & reliqui  
motores mouent sua corpora determinata, in hoc ta-  
men est aliqua differentia sicut postea declarabitur. Hæc  
conclusio declaratur multis modis. Primo, si ponere-  
tur forma abstracta prior, vel alia à forma mouente pri-  
mū cœlum, esset frustra, s. sine aliqua indigentia vel  
ratione cogente ad hoc ponendū: sed sine ratione non est  
aliquid ponendum vel affirmandum esse: ergo &c. Minor  
patet, maior declarabit cum erunt soluta argumenta, que  
videtur hoc probare. Secundo sic probatur, si pone-  
talis forma abstracta, scilicet non mouens effectiue, remo-  
uebitur ab illa forma, q̄ est maxime proprium formis  
Iandū, sup Phy. t iii abstractis

## QVAESTIO DE PRIMO

abstractis illius, s. mouere, erunt ergo sine actione, & sic  
ociose vel frustra: sed hoc est falsum. Nam natura nihil fa-  
cit frustra, vel ociosum, immo patet, qd actio propria illis  
formis, secundum qd sunt abstractae, debet maxime attri-  
bui formae perfectissimae simpliciter, ita qd ei & maxime  
conuenit mouere. & haec ratio est fortis, super quam suste-  
natus est Philosophus ad probandum numerum abstractarum  
formarum, & maxime, quia totus mundus est qua-  
si vnum animal, cuius quædam partes ordinatur propter  
quædam, & quædam earum colligantur cum quibusd, &  
& omnes cum primo, vnde nos inuenimus Philosophum  
& Commentatorem Secundo Cœli commento, 24. po-  
nentes istam propositionem tanquam per se notam, s. qd  
omne, in quo inuenitur melius & nobilior, suum esse me-  
lius est, vt sit secundum dispositionem meliorem. Natu-  
ra enim, sicut dicit, non tantum facit necessarium, sed etiā  
illud, quod est melius. Quod autem mouere est conueniens  
bonum illis formis, probatur. Nam Commentator Secun-  
do Cœli commento, 17. inquit, omne enim habens actio-  
nem in se habet actionem in alio. Et per hoc illic voluit  
Philosophus declarare necessitatem motus & mobilis, et  
multitudinem motuum, vide illic verba sua maxime in  
translatione noua seu latina. Et idem in eodem Secundo  
dicitur, commento, 21, illud, quod inuenitur propter se  
prima intentione, necesse est ut inueniatur propter aliud  
secunda intentione, nisi illic non esset natura innata ad  
largiendum. Item commento, 17. dicit, in rebus autem di-  
uinis est è conuerso, scilicet qd actio eorum prima inten-  
tione est propter suum esse, & secunda propter aliud: Et  
declarabitur adhuc magis in processu hoc totum. Præ-  
terea, Dominus Auer, in sua summa vel abbreviatione,  
capitulo, 4. loquens de numero abstractorum dicit, sed cū  
posuerimus qd si aliud principium ex ipsis principijs præ-  
ter ista, quæ numeratum, oportet de necessitate, qd illud  
principium habeat actionem aliquam sibi determinatam  
vel propriam. Nam impossibile est, qd si aliquid principium  
ex ipsis nobilibus principijs sine actione. Nam sub-  
stantia ignis impossibile est quin ab ipsa ordinetur vel pro-  
ueniat combustio, & ista principia agunt naturaliter. Vult  
dicere, non voluntarie vniuoce cum voluntate nostra, nec  
naturaliter, id est sine cognitione, sed actio eorum sequi-  
tur naturam & substantiam eorum, quæ natura est cogni-  
tio, sicut combustio vel esse combustuum sequitur natura-  
ram ignis, & sicut Sol naturaliter illuminat. Itē dicit,  
qd si esset aliquid principium ex ipsis sine actione, iam na-  
tura fecisset aliquid ocioso vel frustra, quamvis esse eorū  
prima intentione non est propter eorum actionem, sed se-  
cunda intentione: sed hoc æqualiter fm vnam disposi-  
tionem inuenitur in eis, s. qd non inuenitur in eis principium  
ociosum. Vult dicere, qd non est possibile inuenire formam  
ex illis, quæ non habeat actionem propriam præter actionem  
eius in se, & est intellectio, quæ est substantia eius,  
quæ inest sibi propter seipso prima intentione, sicut posuit  
ex dictis eius in Secundo Cœli, motus etiam vel mouere  
est prima intentione per seipso, vt sint meliori dispositio-  
ne, secundum quam esse possunt: secunda autem, vt conseruent  
istum mūdum inferiorum, sicut declarabitur. Po-  
stea dicit, Itē, & ideo debemus absolute hic dicere, qd nu-  
merus eorum est finitus, & impossibile est esse principia  
non agentia. Et manifestū est, qd ipse intelligit hic de actio-  
ne, actionem aliam ab intellectione. Nam ipse dicit, qd eē  
eorum non est prima intentione propter suas actiones, et  
hoc patet etiam ex dictis eius & intentione ibidem. Itē,  
in illo loco parumpost inquit, sed motus eorum est vnu-  
& continuus modo quo dicā. Nam ipsa cum cognoscunt  
bonum, in cuius cognitione consistit eorum perfectio, ap-  
petunt assimilari sibi in perfectione, & hoc cum esse eorū  
inuenitur secundum meliorem dispositionē, quæ est pos-  
sibilis in ipsis. & quia melius est qd mouent, qd vt que-  
scant. (Nam motus est vita aliqua rerum naturalium) sunt  
semper in motu, & hoc non est, quia cognitio eorum est

**E** propter motum: nam si sic, esset magis nobile propter mi-  
nus nobile, sed quia, motus prouenit à perfectione, & se-  
quitur ipsam, sicut combustio sequitur formam ignis, &  
sicut nos, cum peruerterimus ad ultimam perfectionem,  
melius est nobis influere in alios, vel docere per illam per-  
fectionem alios secundum mensuram sibi possibilem, nō  
quod perfectio nostra sit propter illud aliud, ita est in cor-  
poribus cœlestibus cum ipsis inferioribus. Et debes scire,  
qd Commentator intelligit hic per corpus cœleste aggrediu-  
gatum ex corpore, & suo motore. Item, norandum, qd  
ex ipsis dictis & ex verbis eius in Secundo Cœli, commen-  
to, 17. apparet solutio quorundam argumentorum, qui-  
bus putauerunt quidam Latinorum arguere contra ip-  
sum dicendo in multis locis, qd, quamvis non agunt hic  
aut mouent, tamen non sunt frustra aut ociosa. Nam esse  
eorum non est propter motum, nec propter inferiora, sed  
propter se, & suas proprias actiones, quæ sunt intellectio-  
nes eorum. Et propter hoc putauerunt, quod errauit Co-  
**F**mentator commento primo, primi Metaphysicæ. Et ipsi  
vere errauerunt, & non intellexerunt verba sua, qd enim  
Posteriorum Phylosophorum equipollent ei, aut priorum  
præter Aristotelem, sed de hoc alias magis dicam. Redeau-  
mus ad nostrum propositum. Itē Commentator Duo-  
decimo Metaphysicæ, Commento, 48, dicit, nulla substā-  
tia abstracta est, quæ non mouet, quia tunc inueniretur  
in dispositione diminuta, & patet qd non intelligit media  
vel secundum finem, quia hęc non est tunc via nume-  
randi ipsis substantias abstractas secundum numerū mo-  
tuum, sicut dicit ibidem, & Philosophus dicit ibidē, om-  
nis natura, & omnis substantia impassibilis: etenim per se  
inuenit dispositionem meliorem, vult dicere mouere, vt  
patet. Item Commentator in media sua expositione in  
Duodecimo Metaphysi, inquit, qd illud, quod inest ipsis  
principijs abstractis, secundum quod sunt abstracta, est  
quod sunt mouentes. Dicit præterea Duodecimo cōmen-  
to, 44. Et ideo dicit Aristoteles, qd si aliquid substantiae essent  
non mouentes, essent ociosæ, patet ergo expresse, qd abstra-  
cta debent esse secundum meliorem & nobiliorum dispo-  
sitionem, sed me: us est mouere, & ideo, si nō mouent, es-  
sent frustra secundum hunc modum, & maxime primus,  
esset enim possibile dicere, quod mouere est imperfectio  
respectu primi, si separata mouerentur, seu fatigarentur  
aliquomodo, quando mouent, sed non est ita. Tertio  
declaratur sic, tantum abstractarum proprietates, quo-  
rum esse est declaratum in Physica, per motum, declaran-  
tur in Metaphysica: sed in naturalibus non est declaratum  
nisi esse motorum, secundum quod sunt motores: ergo  
tantum proprietates eorum declarantur in Scientia  
Diuina huic appropriata, & ideo non loquitur in Scien-  
tia Diuina nisi de illis, quorum esse est declaratum in na-  
turalibus per motum: sed loquitur de illis in Scientia Na-  
turali secundum qd motores, & in Scientia Diuina secun-  
dum qd sunt formæ & fines. Et ideo, si sit hic forma nō mo-  
**G**vens, sed est tantum causa secundum finem, de illa nō est  
loquendum nec in Scientia Naturali, nam Naturalis nō  
habet de hoc consyderare, nec in Diuina. Nam Scientia  
Diuina non consyderat nisi de formis abstractis, quorū  
esse accipit à Naturali, & hoc manifestum est scientibus  
aliquid de phylosophia Aristoteles, & Commentatoris. Decla-  
rauit iam hoc Commentator Duodecimo Metaphy. cō-  
mento, 6. Nec aliquid potest dicere, qd hoc supponit tan-  
quam per se notum, nam hoc est valde dubitabile: & pu-  
to forte impossibile sicut tu vides: nec etiam dicere possit  
mus qd mouens secundum finem tantum non est corpus  
cum in æterno mouet, nam hoc est omnino notum, vel  
saltē non est declaratum per illas rationes Octavo Phy-  
sicorū, quō ergo scitur non esse corpus saltē in illo loco  
**H** Quarto arguitur, si poneretur, sicut diximus, sequeret  
qd demonstrationes Aristoteles, in Octavo Physicorū, in hoc  
proposito non probant illud quod intendit probare. Con-  
sequētia probatur, supponendo illud, quod est per se  
notum

notum in illo loco: ex verbis Philosophi, & est, q̄ inten-  
tio sua est declarare esse primæ causæ, & quod nō est cor-  
pus nec virtus in corpore, & est perpetua. Modo, si po-  
neretur prima causa alia à primo motore effectiva, hoc  
nūquā declarabitur, nec declaratum est per illas demon-  
strationes acceptas à motu perpetuo, nisi apud non intel-  
ligentes Aristo, demonstrationes in illo loco. Et Cōmen-  
tator ibidem in exponendo verba Philosophi, q̄ primus  
motor est in circūferentia maximæ corporis dicit, & ideo  
omnes leges conueniunt in hoc, quoniam Deus habitat in  
celo. Videtur ergo q̄ Deus est primus motor, & q̄ de-  
monstrationes Philosophi probant esse Deum incorpo-  
reum, & nos videmus q̄ Cōmentator reprehēdit Aut. Cōmen-  
tatio vltimo. Primi Physicorū, dicendo, q̄ ipse vo-  
luit declarare primum motorē alia via, pro qua declarauit  
hoc Philosophus Octavo Physicorū, sed Aut. non de-  
clarauit alia via nisi primum principiū, ergo Deus est pri-  
mus motor immediate, nam Philosophus nō declarauit  
ibidem nisi hoc, vel reprehensio Cōmentatoris nulla, &  
Philosophus & Cōmentator in secūdo Physicorū, in cō-  
mento. 72, dicūt expresse, q̄ proprietates primi motoris  
sunt q̄ mouet & nō mouetur, & q̄ est primum omniū re-  
rum, & patet ibidē, q̄ ipsi loquuntur de motore proprie,  
quāuis sit etiam finis, ipsi enim loquuntur ibidē de causa  
motiuā, ut distinguitur ab alijs causis. Quod hæc sit opī-  
nio Philosophi & Cōmentatoris declaratiū est ex predi-  
ctis, & declarabitur iterū perfecte adducendo verba eo-  
rum fore omnia in hoc proposito dicta. Primo enim, 12.  
Metaphy, in sua expositione media ponit hæc verba ad  
literā, postquā illud quod dixit de ordine motorū in di-  
gnitate, & q̄ moderni non habent in hoc demonstra-  
tionem. Dicit enim. Et sic debemus credere q̄ dictū eorum  
de primo principio, q̄ nō sit mouens corpus cœlestē per  
motum diurnū, non habet demonstrationē etiam. Nam  
istī sustentati sunt in hoc, q̄ hæc substantia prima, q̄a est  
in fine simplicitatis & unitatis, sicut declaratiū est in ista  
scientia, & ab uno non prouenit nisi vnum, & motor cœ-  
lit fm motum diurnū prouenit ab ipso duæ res, vna est  
anima cœli, & alia motor cœli existentis post ipsum, &  
motor cœli met nō est vnum nec simplex simpliciter: ergo  
ipse nō est primus, & duæ medie propositiones sunt fal-  
se, nam nō est illuc p̄ductio nec puentus vere, nisi dicetur  
æquiuoce postquā ista principia nō sunt causa effectuæ  
nisi fm motū, q̄a mouet, prouentus autē & productio  
intelligitur in causis agentibus, i. vere: sed tantū verificat  
de eis consecutio & esse sicut dicitur, q̄ res cōsequitur, et  
est propter suam formam, & inuenit cum eius forma.  
Nota tamē q̄ hæc consecutio, & cōsecutio dicta ab ipso  
Cōmentatore cōmento. 44. 12. Metaphy, vbi dicit, nec  
cōsecutio dicitur æquiuoce, si translatio sit recta, nam il-  
lic loquitur de cōsecutione fm agentem, hic autē fm for-  
mam: & alio modo redeamus ab eius verbis, & fm hanc  
dispositionē verificatur de corporib⁹ cœlestib⁹, q̄ sunt  
entia propter istas substantias, inquantū illæ substantiæ  
sunt principia eorū fm motū aut motionē, & fm formā,  
& perfectionē. Et, cum hoc sit ita, non est impossibile q̄ à  
forma simplici perficiantur duæ res, quæ sunt duæ perfe-  
ctiones diversæ in cognitione fm magis & minus, & ma-  
gis nobile & minus nobile. Et hoc scđm q̄ est in natura  
vniuersiūq̄ intelligere de ipsa, & ipsa in se est vna sim-  
plex. Nam ipsa nō est causa nisi propter cognitionē tan-  
tum, s. q̄ intellectum est causa intelligentis ipsum, & hoc  
modo dicitur de istis, q̄ vna earum inuenit per aliam, &  
cōsequitur, & est causata propter illam. Et hoc modo dici-  
mus, q̄ omnia corpora cœlestia mouentur sequentia mo-  
tum diurnum primi cœli. Et hoc propter appetitū illius,  
quod intelligunt de prima causa, & mouētur per motus  
proprios, per illud quod intelligunt de principijs deter-  
minatis eorum: & est ordo particularis, apud quem mo-  
uentur illæ stellæ absq̄ hoc q̄ sit multitudo in substantiā  
illius principij, s. primi: quāuis multa intelligunt ipsum.

**A** Nā quodlibet eorū intelligit illud modo distincto & co-  
gnitione diuersa, & sic dicimus nos, q̄ illud, quod intel-  
ligit cœlummet de primo principio, est fm alii modū, s.  
non fm modū, quem intelligit ipsum fm principium, &  
considera hoc, nam manifestū est. Vult dicere, q̄ reliquæ  
intelligentiæ non intelligunt primam eo modo, quo ipsa  
intelligit seipsum. Nam, si sic, nulla esset diuersitas inter  
eas, & esset substantia, quæ est ens propter aliud, conve-  
niens substantiæ quæ est ens propter se. Dicit vltius, q̄  
illud, quod dicunt, quod ab uno non prouenit, neq̄ pro-  
ducitur neq̄ fit nisi vnum, & reliquos modos, quibus  
vtuntur in isto loco, si voluerunt in hoc, q̄ ex uno sim-  
plici non prouenit nisi vnum simplex, nihil esset causatū  
nisi vnum tantū simplex. Nam illud, quod contingit in  
primo, in secūdo etiā contingit: & si intelligit, q̄ ab ipso  
prouenit cōpositum, s. propter vnu simplex, vel ab uno  
simplici, iā concesserunt q̄ ab uno simplici prouenit mul-  
titudo. & hæc omnia sunt falsa extranea. Nam non inue-  
nitur illic aliqua res vel dispositio, propter quā oportet  
nos imaginari hæc verba, sed deduxit eos ad hoc, ga-  
vulerunt dare intelligere vulgo istas intentiones per modū  
cognitionis conuenientis eis fm sermones legum in esse  
entium in prima causa, & ideo oēs loquentes huius legis  
dicunt, q̄ concedens æternitatē mundi, negat primum prin-  
cipium, & negat actiones, & isti voluerunt congregare  
hæc duo, s. moderni ex Philosophis arabib⁹, & appropria-  
re istam intentionem intentioni, quā vulgus intelligit, &  
imaginatur primo de principio, vult dicere, q̄ vulgus nō  
intelligit mundū habere efficiens ponendo ipsum æter-  
num. & quis negat efficiens fm modū, quē vulgus po-  
nit. Putatur à vulgo, q̄ negat primā causam, & ideo di-  
ixerunt moderni, q̄ ipse fecit vel ab ipso prouenit fm or-  
dinem positū, quāuis crediderunt ipsas esse æternas, &  
quasi posuerunt productionē perpetuā. & iam Cōmen-  
tator locutus est de hoc Secūdo cœli, cōmento. 104. Di-  
**C** cit vltius prosequēs dictū suum, & in hoc gloriati sunt  
intantū, q̄ posuerunt hoc modo cōsiderationis pro prin-  
cipio, quod probare volunt primā causam esse alia à mo-  
tore per motum diurnum. Et considera hoc, q̄a manife-  
stum est & Deus scit: & si esset hic principiū abstractū  
non mouens omnino, fuisse natura posita ociosa vel fru-  
stra, sicut dicit Aristo. Nam illud, quod inest istis prin-  
cipijs abstractis fm q̄ abstracta sunt, est q̄ sint mouentes  
fm desideriū, & isti volendo declarare demonstratiue pri-  
mum principium, negauerunt ab illo maxime proprium  
sibi, & est mouere, nō remansit principium apud eos nisi  
fm formā & finem, vult dicere, q̄ est valde inconueniens,  
q̄ alia principia sint principia fm motorem, finem, & for-  
mam, & primum nō potest mouere, nam si potest, mo-  
ueret necessario: possibile autem in rebus æternis est ne-  
cessarium, deinde dicit Cōmentator, & Aristo, multum  
reprehēdit Platonem, quia posuit formas abstractas nō  
mouētes, & si posuerimus quod mouens totum non est  
primum, quia est cōpositum, et concesserimus q̄ ab uno  
non prouenit nisi vnum, sequeretur q̄ hoc cōpositum  
productum ab ipso productum est etiam propter cōpo-  
situm vel à cōposito, & sic in infinitum: & non esset hic  
principium simplex, & hoc est inconueniens & absurdū  
sequens istam positionē. Et propter has intentiones vel  
opiniones, quas posuerunt in ista scientia, intantū q̄ cre-  
diderunt ipsas esse partem scientiæ Diuinæ, dixerūt mul-  
ti considerantes in hac scientia, q̄ illa est debilior sci-  
entia alijs peripateticorum, s. scientia Diuina, & non est si-  
cūt putauerū: sed illud quod de istis verificauit Aristo,  
est magis firmum vel fortius alijs demonstrationibus fa-  
ctis in alijs scientijs, sed falsificauit hoc, quia posuerunt  
isti homines istas res in ista arte, sed illud, quod affirma-  
re vel credere debemus de istis rebus est, q̄ motus cor-  
porum cœlestium sunt eterni, & q̄ cuiuslibet motus eo-  
rum est motor æternus mouēs ipsum fm desiderium, &  
mouentur ipsa apud eum: q̄a intelligunt per intellectu, i.  
cognitionem

## QVAESTIO DE PRIMO

cognitionem modi intellecti, versus quem mouetur: & quod est hic ordo vniuersalis & intellectus, & est primus, versus quem mouetur cœlum, & ordines particulares intellecti, & sunt illi, versus quos mouet vnuquodq; corpus, & referendo singula singulis. & q; illa omnia per suum motum cœsequuntur motu primu, & q; dispositio in hoc assimilatur dispositioni artis principalis, sub qua sunt multæ artes particulares, quælibet earu fm quod est determinata ab arte principali, & finis eius ordinatur, ppter finem artis vniuersalis principalis, verbigrā, in arte regiminis ciuitatis, cum reliquis artibus particularibus, quibus perficitur regimen ciuitatis, & haec tñ duo in hoc differunt, quia cognitiones intellectuales sunt priores q; actiones earu, & actiones productas ab ipsis, sunt, ppter illas cognitiones, & in regiminibus e contrario, i. cū cognitiones sunt propter actiones, sic similis arti vniuersali regiminis ciuitatis est ordo intellectualis vniuersalis, quo intelligit cœlum, vult dicere primum, & similes artibus particularibus reliquis sunt intellectiones, quas intelligit reliqui cœli, vult dicere aggregatum ex corpore & intelligentia: & hoc est quod debet intelligi in ista scientia non plus neq; minus, & sunt istæ res, super quas sunt demonstrationes necessariae, sicut tu vides: haec sunt verba eius. Patet ergo ex prese, q; dñs Auer, nō tantu negat eorum propositiones, sed etiā conclusionē, illud autē, quod non est bene intellectu hic ex verbis eius, erit clarum per illa, quæ dicam in prima suppositione. Et debes scire, q; iste sermo, s. q; intelligentiae prouenient aut pducunt à primo, & quod in illis est aliqua cōpositio, est conueniens principijs Auicē. Nam ipse ponit q; intelligētæ abstractæ ppter primā sunt possibles esse ex se necessario ab alio. Sed Cōmentator multu cōtradicit huic opinioni in multis locis, & maxime in libro Destructio Destructionū. Nam dicit ibidē, q; iste sermo, i. possibile ex se necessario ab alio, est sermo malus, nam possibilitas est proprietas siue dispositio alta à re in qua est possibilitas. Illud ergo, quod apparet ex manifesto huius sermonis est, qd illud, quod est sub primo, est cōpositu ex duobus, vni eorum appropriatur possibilitas, & aliud, cui appropriatur necessitas. Et dicit præterea, q; cum dicunt, q; multitudo, quæ est in secunda causa, est per illud quod intelligit de se, & quod intelligit de sua causa, sequitur ex hoc, q; substantia huius est ex duabus naturis, aut ex duabus formis, & vtinam scirem quæ earu est ordina: a vel, pueniens à prima causa, & quæ nō. Et sequitur apud eos cum dixerint de ipsa, q; est possibilis ex se necessaria ab alio. Nam natura possibilis necessaria est alia à natura necessarij, quæ accipit à necessario ex se. Nam natura possibilis nō pōt esse necessaria nisi natura possibilis conuerteret in natura necessitatis, & ideo in naturis necessarij nō inuenitur possibilitas, & hoc vel si sunt necessariae ex se aut ab alio: & haec omnia dicta ab eis sunt sophistifications & sermones debilitores sermonibus loquentiū, & sunt intentiones additæ in Philosophia, & nō conuenientes principijs Physicorū, & nullus eorū haber sufficiens sermonis rhetorici, & maxime sermonis topicū, vel probabilis, & si hoc fuisse sic, qualibet earu formarū esset vna fm subiectū, multæ fm diffinitionē. Dicit pterea in illo libro, in qstione quæritate, an primus sit simplex, q; necessarij, quomodo: q; ponatur, non habet in se aliquā possibilitatē, & non inuenitur aliquid habēs vna naturā, vel q; sit vnius naturæ, et dici potest de illa natura, q; sit possibilis fm aliquid, necessaria fm aliquid, q; iam declaratū est, q; necessarium nullā habet possibilitatē, nam possibile opponitur necessario: sed illud, quod est possibile, est quod sit aliquid necessarij fm vnam naturā, possibile fm aliam, sicut dicitur de corpore cœlesti, quod est necessarij fm substantiā, possibile fm motu in vbi. Sed inueni in dictis Cōmentatoris in dicto libro, modū, per quē ipse vult moderare dicta Alpharabij & Auicē. Dicit enim, q; cū dixerunt, possibile ex se, nō intelligunt ex hoc proprietatē

E additam supra substantiā, sicut intelligit de possibili fm veritatē, vel non vult dicere de possibilitate materiae: nā materiale est vere possibile. Dicit vltius, sed intelligit ex hoc, quod substantia aut natura eius dat quod nō sit necessarij nisi ppter causam, ita q; significat substantiā, à qua, cum fuerit negata sua causa, non est necessaria, i. q; negatur necessitas ab ipsa: & quasi volunt dicere, q; necessarij vel est necessarij per se, i. q; sua necessitas est in se, vel ex se, vel est necessarium propter causam, & illud, quod est necessarij propter causam, nō est necessarij ex se: & dicit, q; nullus dubitat, q; iste differentiæ non sunt substantiales, i. diuidentes substantiā, necq; additæ super substantiā, sed sunt intentiones dictæ fm negationē, aut relationē sicut dicimus de aliqua re, q; est ens, nam nō significat intentionē sibi additam extra animā, vnu etiam nō significat intentionē additā super quidditatē & substantiam: nō enim qualibet res, in qua intelligunt dispositiones diuerxæ, necessario illæ dispositiones sunt additæ supra suam substantiā extra animā. & iste est modus negationū vel priuationū, & relationū, & ideo nō vñ multis antiquis enumerare p̄dicamētū relationis inter entia existentia extra animā: & nō est impossibile in vna substi-  
tūta vel essentia esse negatio vel affirmatio in suis dispositionibus absq; hoc q; sit multitudo in substantia & essentia. Sed tñ adhuc Cōmentator dicit, q; iste sermo aut oratio Auicē, nō est bonus. Nam ens, quod habet causam in suo esse nō habet significatū nisi priuationē. Volo dicere, q; omne, quod est ens ab alio vel per alium, nō habet de se vel ex sua essentia nisi priuationē, nisi natura illius sit natura veri possibilis. & ideo diuīsio entis in necessarium & possibile nō est diuīsio nota, cum non intelligat de possibili quod est verū possibile, tam amor declarandi induxit me dicere ista, q; per iam dicta multa dicta oculata erunt manifesta. Redeamus ad nostrū. Dicit enim Cōmentator in sua abbreviatiōne loco p̄allegato, post  
G quā recitauit opinionē Auicē, vt posui in prima ratione. Et in hoc est dubiū. Nam, cū dicimus, q; ab vno nō pue-  
nit nisi vnu, est verū in efficiente, fm q; est efficiens tan-  
tum, nō fm q; est forma & finis. Nam forma & finis di-  
citur de eis agere similitudinarie, sed quæstū propriū in  
hoc est, an sit possibile, q; ab vno simplici ordinatur plus  
q; vnu, & q; perficiatur ab ipso plus q; vnum, & si hoc  
sit impossibile, quæstio erit vera. vult dicere per hoc, q;  
Deus nō est motor primi corporis, si hoc est verū, que-  
stio est falsa, & iam locuti sumus de hoc in alio loco. Ar-  
guamus igitur sic, fortior ratio ad probandū istam con-  
clusionē, sicut ibidē dicit, est haec, s. Auicē, sed haec est  
falsa, & multū debilis, sicut dixi de mēte Cōmentatoris,  
ergo haec cōclusio nō est ponenda, s. q; Deus non sit mo-  
vens fm efficiēs, simile huius quod posui ex verbis Cō-  
mentatoris in sua media expositione dicit, 12. Metaphy.  
44. cōmento, dicit enim, quod autē moderni dicit, sub-  
stantiā primā esse priorē motore totius, falsum est, que-  
libet enim substantia istarū est principiū substantiæ sensi-  
bilis fm motorem & fm finē. Et ideo dicit Aristo, q; si  
aliquæ substantiæ essent non mouentes, essent ociosæ.  
Ioannes autem de Landuno in suis questionibus Octauo  
Physi, voluit extorquere hoc dictū. & dicit, q; Cōmenta-  
tor in hoc quod dicit priorē motore totius intelligit prio-  
ritatē temporis, ita q; Cōmentator vult cōtradicere dicen-  
tibus, q; intelligentiæ sunt de nouo productæ, & dicit, q;  
cum dixit Cōmentator, q; quælibet substantia istarū est  
principiū substantiæ sensibilis fm morore & fm finem,  
q; intelligit cum dixit, fm q; est mouens, fm q; est finis  
motus, & intelligit cum dixit, & fm finē, fm q; est finis  
substantiæ sensibilis, & quāvis dictū Cōmentatoris valde  
est manifestū, & maxime cum considerandū fuerit il-  
lud, quod posui ex verbis illius in sua media expositiōe.  
vbi dicit, q; isti negauerunt à primo principio maxime  
propriū sibi, & est mouere: & nō remansit apud eos prin-  
cipium nisi fm formā & fm finem tantū. Tamen præter  
haec

hæc dicta, volo remouere expositione eius, quia vere est expositio hois non intelligentis primū. sic Cōmentator arguit contra Auicē. Sed Auicē, non ponit intelligentias esse à Deo de nouo productas, sed dixit, q̄ Deus nō mouet primum corpus, vt patet per eius rationē, quāvis ipse sit causa finalis, sed alia intelligentia à Deo mouet illud: ergo &c. nec vult Cōmentator hic remouere creationē mundi de nouo, quia, si sic, quare arguit contra dicentes, quod est prior motore totius, & non arguit contra dicentes ipsum esse priorē omnibus alijs intelligentijs & entibus. Et cum hæc ratio, quā ponit cōtra sic opinatēs, s. q̄, cum illic nō est potētia neq̄ agens, sit fortior contra credentes creationē mundi, quare ergo non cōcludit primo sequi ex dictis eorū creationē esse de nouo, quod sequit ex dictis eorū, sicut dicit Ioannes, quæ est maxima ratio contra diceses productionē intelligentiarū, & tunc ratio facta etiam erit fortior, sed dicit contra eos, q̄ nō est illic prouentus neq̄ consecutio, sed intelligens vel intellectus & intellectū: & quomodo sequitur ex ratione eorū, quā posuit creatio de nouo. Præterea, qualis erit ordo & habitus huius dicti, q̄ dicto ante hoc si dicere volum⁹, q̄ cōtradicit creationi, sicut dicit Ioannes, nam ipse dicit in principio cōmenti, q̄nā iam declaratū est ex hoc sermone substantias æternas esse plures vna, & q̄ in eis est prima, s. illa, quæ omnia mouet: vult dicere, primū cœlum. ipse enim in oib⁹ quasi suis cōmentis, vocat motorem primi cœli mouens totū, vel omnīa. Dicit vlt̄rius, & secundā & tertiā fm ordinē orbis. ipse ergo dicit substantias æternas, & nō dicit motores. & postea dicit, q̄ prima earū est mouens totū, vel omnīa: & ideo bene patet, q̄ opinio modernorū, quā recitauit, est cōtra hoc de directo, cui cōtradicit Cōmentator: & quomodo fm opinionē Ioannis contradicit hūc opinioni, per rationē quā ibidē dixi, s. q̄ quælibet substantia earū est principiū &c. & maximē fm modū fm quē ipse exponit dictā propositionē, & quomodo dicit postea Cōmentator ibidē, q̄ primū principiū habet actionē, & reliqua, quæ ibidē dicit contra istam opinionē, vide cōmentū, expositio autē Ioannis de illa propositione Cōmentatoris est error, nam ipse ponit per ly motore, q̄ dicit Cōmentator, motionē vel motū, secūdo, q̄a hoc dictū est hominis, quasi nō intelligentis, quomodo illæ substantiae sunt principia substantie sensibilis fm principia philosophicorū. Nā Cōmentator cōmento, sexiō, 12. Metaphy. dicit, declaratū igitur est in hac sc̄ientia, q̄ ens non materiale, quod si declaratum est esse mouens substantia sensibilē, est substantia antecedēs substantia sensibilē: & quod est principiū eius fm formam & finem &c. ergo abstracta sunt motores & formæ & fines substantiae sensibilis. Et hoc intelligitur de omnibus substantijs abstractis, vt patet illi. Præterea sernio dein ostentatiū est per se, & de omni. & Cōmentator Quinto cōmento, ciudē inquit, declaratū etiam in hoc tractatu, q̄ principiū primæ substantie abstractæ etiā est substantia & forma & finis, & quod mouet utroq̄ modo, principiū aut substantiæ abstractæ nō est nisi Deus, & dicit in media sua expositio, vī dixit: & fm hanc dispositionē verificatur de corporibus coelestibus q̄ sunt entia propter istas substantias, inquantum illæ substantiae sunt principia eorum fm motionē, & fm formam & p̄fēctionē. Modus aut̄ declarationis huius declarabitur in q̄stione sequenti: & iam Cōmentator locutus est de hoc cōmento, 37, 12. Metaphy. Et Auerrois in de Substantia Orbis reprehendit dicentes, quod Aristote, non posuit causam efficientē, nisi tantū mouentē, & dicit in libro, quē fecit contra Algazel, q̄ iam hæc q̄stio fuit inter Peripateticos & Platonicos, s. an mundus hēt efficiens. Nam fm Platonē ponentē mundū productū, non est dubium q̄ ponit causam efficientē. Sed Aristote, postquā ponit mundū esse æternū, quomodo habebit causam efficientē fm eum? Et Peripatetici r̄ndent, q̄ Aristote, bene ponit causam efficientē, & solutio stat in hoc, q̄

A esse corporū cœlestiū consistit & remanet per motū, & dans motū facit motū: & cum ista corpora cœlestia non perficitur eorū esse nisi per motū. dans ergo motum est perficiens corpora cœlestia. vult dicere, aliquo modo. Dicit vlt̄rius, q̄ iam declaratū est apud eos, q̄ ipse dat vnitatem, per quā mundus est vnu. Vult dicere, 12. Metaphy. cōmento, 52, & in libro Cœli, dicit vlt̄rius, q̄ dans vnitatem, quæ est conditio in esse cōpositi, dat partes, ex quibus est cōpositio. Nam cōpositio est causa earū, sicut declaratū est in illo libro. Et hæc est dispositio primi principij cum toto mundo, & ideo inuentio tērminatis in ipso, s. mundo, est q̄ nō habet principiū neq̄ finem, & quia nō intelligunt hoc loquentes, vñ eis difficile dicere mundum æternū & Deum æternū. Et ideo productio æterna magis verificatur de ipso q̄ æternitas. videt ergo expresse ex dictis eius, q̄ motor mundi est efficiens mundū, s. dans motum & efficiens ipsum, & certum est, q̄ ille, cui appropriatur esse efficiens mundū, est Deus, sicut Auerrois assit expresse ibidē, ergo Deus est mouens & efficiens motum, & quare fm expositionē Ioannis nō dixit Cōmentator, q̄ quodlibet eorū principiorū est causa finalis motus & cœli, sed dixit fm motore & fm finem & fm expositionē eius est, ac si diceret, est causa finalis motus & causa finalis: & deficit tunc ly corporis cœlestis, & sic inutiliter repetitur causa finalis, & sic est nugatio. & eo magis, q̄ illud, quod est causa finalis alicutus, est etiā causa finalis accidentiū propriū illius, non ergo indigebat hoc dicere. Præterea, quomodo includit simul omnia abstracta in ista p̄positione. Nam p̄positio tunc fm sua dicta est quasi æquiuoca. vere enī hæc expositio est multum extranea & phantastica. Item ad principale, nam Cōmentator, 12. Metaphy. cōmento, 37, dicit exponens verba Philosophi ibidē dicentis, & est etiam illud, quod diligitur propter se, & desideratur iter hæc principia abstracta: quod vñquodq̄ est aliquid vñ simplex, et elemētum corporis quod mouet est illud, quod est ex eis in fine nobilitatis & simplicitatis et vnitatis, & intendebat per hunc sermonē distinguere inter primū principiū, & alia principia abstracta. Alia enim videtur esse electa & desiderata ppter alia, s. principia aliorū motuū cœlestiū, ppter motum diurnum: quod autē hunc motum facit, videtur esse electum per se, cum versus ipsum mouet omnē motu velociori & maiori motibus proprijs vnicūq̄ eorum, est ergo electum per se & amatum oib⁹: tale autē est perfectum in fine. Ioānes autē exponit, q̄ mouet mediate, sed hoc est falsum, nam Cōmentator dicit, q̄ principium desideratū ppter se inter hæc principia, quorum vñquodq̄ est elementū corporis, quod mouet. ergo principiū magis perfectum mouet corpus determinatum, sicut reliqui motores, & quare fm suam opinionē nō dat differentiā inter primū & reliquos, quod ipse mouet, tāquā finis, reliqui autē sicut efficiētes: & puto, q̄ non consideravit principiū huius dicti Cōmentatoris, aut dimisit illud ex intentione propter amōrē opinionis proprię, nam, quomodo Philosophus ponit differentiā inter res non conuenientes in vna actione, & quomodo verificat hoc quod dicit Cōmentator, q̄ versus ipsum mouetur oē motu velociori motibus proprijs vnicūq̄ eorum, n̄i si dico Cōmentator ponit differentiam inter motore, & motum primi corporis immediate, & inter reliquos motos & motores. Item, Philosophus & Cōmentator cōmento, 49, 12, volendo probare numerum abstractorū non motorum, n̄i quia substantiae abstractae sunt motores, fm eos p̄z̄cise, non plus neq̄ minus, dicit Philosophus, Omnis natura & omnis substantia, in qua pars non existit & est per se, inuenit dispositionem meliorem, & in alia translatione loco de ly, in qua pars non existit ponitur ipassibilis. Dicit vlt̄rius, non igitur est alia omnino n̄i ista, immo necesse est, q̄ numerus substantiarū sit iste, quoniam, si aliæ sint, mouebunt igitur, quia sunt perfectio motus: & in alia translatione fines loco de ly perfectio:

## QVAESTIO DE PRIMO

perfectio: sed impossibile est ut alij motus sint à prædictis, & in principio illius textus dicit, necesse est igitur reputare, quod principia imobilia & sensibilia sunt huius numeri. Intentio ergo sua est declarare numerū substantiarum abstractarū. nam nō dixit in hoc sermone motores, & quod numerus iotorum sit finis numerum motuum vel mobilium, sed dixit numerus substantiarū: & dat rationem super hoc, quod abstracta sunt finis meliorē dispositiōnē: melius autē est mouere, quia sunt finis & perfectio motus: ergo non inuenitur forma de illis nō mouens. numerus ergo eorū est finis numerū motū & qualiter. Et Cōmentator exponens ibidem dicit, si autē posuerimus, quod impossibile est ut sit corpus cœleste, quod nō habet iumentū in motione stellæ alicuius, & posuerimus quod principia mouentia impossibile est ut sint nisi in dispositione meliori, vult dicere, principia abstracta, & si non in suo dicto ponetur aliquid superflue. Nam nō est dubium, quod formæ mouentes mouent: & addit, quod non accidit eis passio materiae, cum sint entia per se non in materia. Et esse eorū in dispositione melior est, ut sint mouentia: necesse est ut via numerandi ista principia sit via ista, scilicet numeratōne motū stellarum, cum enim posuerimus quod nulla substantia abstracta est qua nō moueat, quia tunc inueniretur in dispositione diminuta. Et, cum posuerimus, quod omnis orbis est propter stellā, & si non esset ociosum, manifestū est quod via numerandi istas substantias est via numerandi motū stellarū. Et dicit, quod hic Philosophus confirmat hoc vltierius, quoniam necesse est, si aliæ substantiae sint ab ipsis substantiis, ut sint corpora motus cœlestia alia ab ipsis corporibus, quoniam unaquaque illarum substantiarū est perfectio & finis motus. Et concludit, impossibile est igitur, ut substantiae mouentes sint nisi illæ quae sunt finis numerū motū. Dicunt autem Ioannis in hoc dicentis, quod præter istas formas ponitur forma mouens finē tantū, & Philosophus non intendit nisi numerū motorū, falsum est. Nam Philosophus ibidē dicit, quia & substantias & principia imobilia & insensibilia tot rationabile existimare, & parum post addit, immo necesse est, quod numerus substantiarū sit iste, & nō dixit motorū. Præterea ratio Philosophi est, ibi contra hoc. Itē, Philosophus & Cōmentator cōmento. 43, dicunt oppositum. Nam Philosophus inquit, nos autem dicimus de substantiis diuinis, principiū enim & primū entium non mouetur neque essentialiter neque accidentaliter, & mouet & facit primū motū etiam, verū est tamen quod in translatione hebraica sic inuenitur, nos dicamus iam ex positis & determinatis, quod principiū & primū omnīū entium nō mouetur neque essentialiter neque accidentaliter, & quod ipsum mouet primū motū eternū, & nō ponitur, & facit. & dicit vltierius, & nos videmus præter motum totius simpli cem, de quo dicimus moueri à substantia nō mobili alios motus eternos, qui sunt erraticorum. Videntur expresse ergo, quod primū principiū entium mouet primū corpus. Ioannes autē dicit, quod mouet mediate, & hoc nihil est. nam nō solum mouet primū corpus tantū mediate finis hoc, immo omnia, quare ergo attribuit sibi primū tantum, cui respōdet Ioannes, quod primū sibi tantū attribuitur, quia motor illius corporis primi est nobilior, & intelligit primū modo perfectiori reliquis: sed hoc nihil est, nam motus corporū cœlestium omnīū finis motum diurnū est unus motus, & propter vnam intentionē, quāvis sit aliqua diuersitas inter eos, sicut declaratum est in multis locis, & maxime in secundo Cœli. cōmento. 42, 58, 70, & 71. Et in abbreviatione Metaphy. Et ideo finis istum motū debemus dicere, quod ipse mouet illa corpora omnia nō tantum primū finis istam positionē. Præterea Philosophus ibidē dicit. Manifestum est igitur, quod substantiae sunt finis numerū illorū, & loquitor de separatis, ut patet expresse in alia translatione. Et Cōmentator ibidē explicans magis dicta Philosophi dicit, nos autē possumus declarare bene multitudinē istarum substantiarū ex rebus dictis,

E & inducere ad viam, qua quis potest scire numerū eorū, principium autē illius est hoc, quod prius declarauimus, scilicet primum principiū entium est aliquid imobile, & quod hoc facit primum motum æternum & diurnum. Et parū post dicit, sed nos videmus in coelo plures motus, præter motum totius cœli, quē dicimus fieri à prima substantia imobili, scilicet motum stellarū erraticarum. Et mirum est finis opinionē Ioannis, quomodo nunquā attribuit nec Philosophus nec Cōmentator motum primi corporis suo motori appropriato, sed semper dicunt, quod est actio primi principiū. Et postea Cōmen. dicit, quod numerus earum est finis numerū motuum: & hoc est valde extraneum finis modernos latinorum, scilicet dicit semper de numero earum, & nunquā loquitur de prima substantia, immo ponit primā in numero earum numerando motores, ut patet. & hæc erit causa erroris in cognoscendo primā causam. Item, Cōmentator. 12, in fine cōmenti. 391, super illud Philosophi, hoc enim Deus, dicit finis hoc quod sonat hoc nomine, est unum æternum valde nobile, & declaratum est rōne aliquid tale est esse, & est illud, quod mouet omne, hoc igitur est Deus, & in nostra translatiōne inuenitur, & est illud quod mouet totum. Item, cōmento. 37, dicit, in capitulo demonstrare, quod intellectum est illud intellectum, quod mouet totum cœlum motu diurno, qui est maximus & velocissimus motuum, & postea in illo cōmento dicit, quod ille motor ē in fine nobilitatis, & in cōmento. 30, inquit, declaratum est ergo substantia esse æternam, & semper mouentem. Et ideo nihil prodest ponere substantiam æternam, in qua non sit principium mouendi. Et hoc expressius dicit ibidē Philosophus, & Cōmentator cōmento. 38, dicit, vult declarare modum colligationis entium transmutabilium cum prima substantia. Et postea dicit loquendo de motu diurno: & quod illud, quod mouet ipsum, est non motum, cum sit in actu, impossibile est, ut sit finis aliam dispositionem. Id est, quod mouet ipsum primum motum, quia est actus purus sine aliqua potentia. Et postea dicit, quod p̄mus motor mouet istum motum tantum sine medio. Et Ioannes exponit sine corpore medio, non sine motore medio: & puto, quod ipse non exponit per primum motorem appropriatum primo corpori, quod videt, quod Auerrois dicit de ipso, quod actus purus, & in principio dixit, quod vult declarare modum colligationis &c. cum prima substantia, & non dixit cum primo motore, quod modocunq; sit, expositio sua est extranea, nam nō est dubium in illo loco, quod primus motor mouet corpus p̄mum sine corpore medio, & hæc nō indiget declaratione. Præterea negatio, quæ ponitur ibidē, scilicet sine medio, negat omne medium, ut sciunt Logici. Præterea Philosophus & Cōmentator expresse Secundo Cœli. cōmento. 37, hoc dicit, Philosophus ibidē enim dicit, & cum ita sit, dignum est ut motor primus sit huiusmodi, causa enim primum mouet primum causatum tātum, scilicet primum corpus, ut patet ibidē, & Cōmentator dicit, necesse est ut motor primi motus sit non transmutabilis, quia motor primi moti, est primus motor, & ens simplex est, quod mouet motum simplex, & intelligit Cōmentator p̄ primū motum corpus supremum, & per alia mota, res existentes sub ipso, ut patet ex verbis eius. 12. Metaphy. 37, & 34.

Item, Cōmentator Secundo Cœli. cōmento. 64, dicit, quædam acquirunt propinquitatē primi, quod est Deus pauca operatione. Et est orbis totum cōtinens, & cōmento. 62, declarauit hoc magis, vnde Cōmenta. Et considera etiam cōmento. 71, illius secundi, & ex solutiōne secundæ difficultatis patet intelligenti, quod primum est, quod mouet primum corpus. vnde dicit, similiter intelligendum est, quod ultimus orbis mouet alios orbēs, scilicet dicit, quod nobilis mouet totum, quoniam ista principia prima potentia spiritualis non diuiditur in alijs orbibus, nisi quia potentia diuiditur in ultimo orbe quædammodum potentia mouens animal nō diuiditur in alijs mēbris, nisi quia primo diuiditur in corde, videntur ergo, quod inter haec potentiam,

tentiam, quæ immediate procedit à primo, & primum corpus non est medium, i. q̄ non est medium inter primū & corpus primū, neq̄ corpus neq̄ intelligentia. Quod autē hæc virtus causetur immediate à primo simpliciter, cuius proportio ad aliqua abstracta est sicut Proportio primi Principiis in ciuitate cum alijs regib⁹ articularibus, patet per Auerroim in libro *Destructio Destructionum*, nam ipse ibidē dicit, quod autē omnia principia abstracta & non abstracta sint causata vel pducta à prima causa, & i. aliquo modo. & q̄ ppter illam virtutē pducta, s. de qua dixit, primus mundus est vnu, & per illam ligantur oēs partes eius instantū, q̄ totus est conueniens vni actioni, sicut vnum animal, in quo sunt multæ virtutes & actiones & mēbra diuersa, nam ipsum, apud scientes, ponitur vnu, q̄ autē hec potentia sit causata à primo, est res concessa ab omnib⁹. Nam oēs cœli apud eos, s. Philosophos, est quasi vnum animal, et motus diurnus assimilatur motui vniuersi animalis, i. fin locū: & motus partitū cœli, i. aliorū corporū, præter primū, assimilatur motibus particularibus membrorū animalis. Et dicit post parum, q̄ si non esset hæc virtus, non esset hic ordo, & fin hoc verificatur, q̄ Deus facit oīa & conseruat ipsa. Arguo igit̄ ex dictis Cōmentatoris sic. Illa potentia immediate dividitur, vel est in primo corpore: sed illud, q̄ quo hæc potentia causatur, est Deus: ergo immediate causatur à Deo in isto corpore primo: sed hoc non est verū ponendo aliquā intelligentiā iter primā substantiā & primū corpus, ergo talis intelligentia non debet ponni. Adhuc dicit, assimilat multum ciuitati, quemadmodū ciuitas regitur & sustentatur per primum Principe, et per principes particulares sub primo, ita est in mūdo, & certum est, q̄ primū habet actionem sicut declarauit, et sicut appareat ex exēplo eius. Nota tamē, q̄ hoc argumentū patitur cauillationes, si nō recte intelligatur, nam diceret quis, prouenit à primo in primo corpore sine medio corporeo, nō tamen sine medio omnino: hoc tamen remouet considerando in dictis, & quia Cōmentator assimilauit hoc corpus cordi, ppter ea remouetur considerando rationē, propter quā ponit hæc virtus. Quid autē sit hæc virtus, nō est declaratum, & forte dicam postea. Item, Philosophus & Cōmentator cōmento, ss. 12. Metaphy. dicunt cōtra Anaxagoram, q̄ ipse dixit sermonē diminutum, q̄ cōtinget ei ponere aliud principium, non sicut dicimus, q̄ principium mouens mouet finē perfectionē & cōplementū, ut videamus medicinā mouere ad se: mouet enim ad sanitatē, & medicina est forma sanitatis, vult dicere, q̄ omnis medicina, q̄ est in anima medici, mouet ad sanitatē: & illa, s. forma, q̄ est in anima artificis, est quodāmodo sanitas, sicut forma domus, q̄ est in anima artificis, est quodāmodo domus. Et dicit in fine cōmenti, si igit̄ sanitas non esset in subiecto, sicut est de primo principio, tunc medica moueret vtroq̄ modo, s. finē quod est agens motū & finis, & hoc est magis manifestū ex dictis eius hic, q̄ illud quod dicit cōmento, 44. vt posui, nam illū dicit finē motorem, hic autē dicit finē q̄ est agens motum. Ideo expositio Ioannis illū non est vera, finē quod omnino declarat positionē Cōmentatoris. etiā sicut diximus est illud, quod inuenitur in quadā sua epistola, vbi dicit hæc verba, Alpharabius, & Auicē, & sequentes eos opinantur primum principiū non mouere primum corpus cœleste, & putant, q̄ hoc sequitur, q̄a est vnum omnino & in fine simplicitatis, & nos semper hanc viam considerantes scimus ipsam non esse demonstratiū, nam, si esset demonstratiua, non fuisset incognita ab Aristo, & reliquis Peripateticis. Et ideo, si finē hoc ponunt ipsum non mouere aliiquid, & sequitur ipsum esse ociosum sine actiōe, & qđ sit quædam phantasia, vel quid phantasticum & similitudo quædam, postea ponit rationem Themistij pro ista positione & declarat eam sicut iam dixi, deinde dicit, q̄ non sequitur per rationē Themistij, q̄ primus motor nō sit mouens omnino, sicut sequitur finē eos. Illud autē, qđ

A isti dicunt, quod ab uno nō prouenit nisi vnum, vanum est, nam non est aliquis prouentus ab aliqua causarū. nā à materia nihil prouenit, neq̄ à forma, neq̄ ab efficiente. Nam à forma prouent actio habentis formā, & ab efficiente prouent motus generationis vel trānsmutationis: vult dicere quasi, & ideo in abstractis non est prouentus neq̄ habens vere efficiens, sed sicut efficiēs sensibile, qui mouet materiā intārum, q̄ facit illud, quod est ens in potentia, esse ens in actu, non quod facit formā: & ponit eā in materia. Et quia ibi non est materia, non est efficiens vere, nam actio agentis non est nisi motus transmutatio nis vel generationis, & motus requirit subiectum: nisi diceret quis, aliquid fieri ex nihilo, sicut ponunt leges: & tunc erit verum dicere abstracta esse producta. inuenitur tamen in eis intelligens & intellectū, perficiens & perfectum. Hoc est visum mihi adducere in declaratiōe huius cōclusionis de mente Illustrum Philosophorū. Et declaratum est ex hoc, istam esse positionē Cōmentatoris sine dubio, & maxime si quedā eius verba exponantur per reliqua, nam adducam quasdā suppositiones seu propositiones: q̄a non debent simpliciter dici suppositiones, ex quibus apparet solutio argumentorū contra istā conclusionē, & per ipsas declarabunt multa fundamēta Scie tiae Diuinæ. Declarabo autem illas ex mente Cōmen, & ex verbis eius fin posse meum. Prima suppositio est, q̄ anima cœli et forma eius abstracta & motor suis sunt vnum in esse, distincta autē fin cōsiderationē, i. cum considerata fuerint fin modos diuersos, nam forma abstracta cōsiderata fin q̄ est mouēs, vocatur anima, fin se autem cōsiderata, vocatur intelligentia. Hæc suppositio vel cōpositio, q̄a non omnino deberet dici supponens, declaratur ex verbis Auerrois, & fundamēta eius, q̄ autem sint animata corpora cœlestia, patet ex verbis eius in libro *Destructio Destructionū*, vbi sicut loquens Peripateticis, Sed positio eorū vera est, q̄ motum fin motum circularem non querit per ipsum, s. motum locum, sed querit motum met circularem, q̄ autē est tale motor eius necessario est anima non natura, vult dicere, sine cognitione, nam motus nō habet esse nisi in intellectu, nam non inuenitur extra animā nisi mobile vel motum, & in ipsum est aliquid motus vel aliqua pars motus nō mensurata vel nō mensurabilis. Illud autem, quod mouēt ad motum, fin q̄ est motus, appetit ipsum necessario appetens, aut motum cognoscit ipsum necessario. & hæc est vna via, per quā probatur corpora cœlestia habere intellectum & appetitū: & iam patet hoc per alias vias multas. Vna earū, q̄ vnu motū ex illis corporibus mouetur fin motus oppositos simul, s. ab oriente in occidētem & e conuerso. Et hoc nō potest esse à natura, nam quod mouetur naturaliter mouetur fin vnum motū tantū, & iam præcessit sermo de rationib⁹, à quibus motū sunt Philosophi, q̄ cœlum habet intellectū, & q̄ manifestior eorū est, q̄a declaratum est eis q̄ motiones eorum sunt intelligentiæ abstractæ à materia, de necessitate non mouent nisi inquantū sunt intellectæ & cognitæ: & cū sit ita motū ab ipsa, est intelligentes & cognoscens necessario. Apparet hoc etiā, quia motus eorum sunt necessario requisiuti in esse istorum inferiorū et cōseruatione ipsorū, & nō potest hoc esse accidentaliter vel à casu. Vult dicere, q̄ hoc prouenit ab ordine intellectuali, qui est causa in esse istorum: & patet q̄ ipse intelligit hic cum dixit ipsa habere intellectum, ipsa esse animata, nam questio ibidē est an sint animata. Præterea ipse probat per hoc ipsa esse appetitiua: appetitus autem est proprius animæ: sicut dicit Auerrois in epistola de possibilitate continuationis, cap. 9. Vnde loquendo de intellectu possibili inquit, & iste intellectus materialis, q̄ nō habet aliquā formā, assūmilitur valde animabus corporū cœlestium. Nam dispositio vel intentio animæ in ipsis nihil aliud est nisi appetitus ad motum cognoscendi illam formā abstractā per modum receptionis. Et dicit in fine cōmenti, 41. 12. Metaphy.

## QVAESTIO DE PRIMO

BSV

taphy. hoc etiam modo proprio magis appetet: corpus enim cœleste animatum est necessario. Similē scientiā omnino ponit Secūdo Cœli. cōmēto. 61. Iam enim dixit ibidem expresse, q̄ cœlum est animatum, & adduxit rationes super hoc. Item locutus est de hoc Tertio cōmento. Secūdī cœli. Item, dicit cōmento. 36. 12. Et ex hoc quidem appetet bene, hæc corpora esse animata, & q̄ nō habent de virtutibus animæ nisi intellectū & virtutē desideratiū, quæ mouet in loco. Et in suo Tractatu de Substantia Orbis, versus finem dicit, Necesse fuit & hæc virtus, quæ neq; leuis necq; gravis sit in corpore simplici, & ipsam nō habere subiectū, aut contrariū, & vt sic animal necessario nō admista materia, sed anima corpori æterni, ita q̄ ista anima non sit abstracta à corpore suo. Et cum hoc separata ab ipso, inquantū istud corpus nō indiget ipsa, q̄a est permanens per se. Vult dicere, q̄ hæc anima non est abstracta à corpore sicut res, quæ nō appropriatur corpori. Nam ipsa est mouens illud corpus, mouens aut̄ est cum moto. nam omne motū ex se mouetur per virtutē existētem in eo, sicut dicit ibidē: sed tamē nō inhæret corpori, s. q̄ ipsa anima non existit in materia mediate dimensionibus, sicut formæ materiales, nam tūc esset cōpositum & generabile & corruptibile. Et ideo est abstracta à materia. Postea ibidē dicit, & cū considerauit de istis virtutibus, declaratum fuit ipsi appetituā ipsam esse virtutē de virtutibus animæ tantū. Hoc etiā videt, nam nos vides, mus hæc corpora cœlestia esse determinatæ magnitudinis & figuræ, & q̄ mouent ex se à partibus determinatis, nō à quacūq; parte, nec per aliquid extrinsecū: tale autem est vñū de necessitate, ppter hæc enim dicimus rem esse vnam, dixi aut̄ nō per aliud extrinsecū, quia ferrum mouetur ad magnetē ab extrinseco, hoc autē impossibile est in cœlo, s. moueri ad aliquod corpus extrinsecum, seu ab aliquo corpore extrinseco, ut patet suo loco: tale etiā mouetur à quacūq; parte, & si adiungitur huic, q̄ ipsum mouetur simul ad partes oppositas, erit hæc ratio magis cōpleta. dixi aut̄ ferrum moueri ab extrinseco, quia mouetur p̄sente magnete, quæ est quid extrinsecū. Quod autem hæc sit idē cum intelligentia abstracta, patet p̄ principia Philosophi & Auerrois. Nam illa anima est abstracta à materia, vt declaratū est in cōmento. 36. 12. Metaphy. in hoc proposito. vbi dicit, q̄ declaratū est in libro de Anima, formas abstractas & intellectas: qua propter hoc mouens est intellectus, & hoc mouens est anima, sicut dicit ibidem. ergo anima & intelligentia vel intellectus in ipsis sunt idem & vnum. Et dicit in de Substantia Orbis. Et ideo videt, q̄ formæ corporū cœlestium & maxime forma corporis ultimi continentur sit quodāmodo anima, s. propter appetitū existentē in eis. Et mouere & quodāmodo intellectus, & est forma simplex, per quā animal cœleste cōponitur ex uno mouente, & uno moto. Et in sua abbreviatio Metaphy. postquā probauit corpora cœlestia esse animata dicit, & cum sint animata ipsa mouentur propter sensum aut imaginationē, aut per cognitionē intellectualē: sed impossibile est habere sensum, nam sensus positi sunt in animali propter salutem. Et hoc corpus declaratum est ipsum esse æternū, & simile est de imaginatiua: nam ipsa data est animali propter salutem. Præterea vbi nō est sensus nō potest esse imaginatiua, & si fuisset motus huius, corpus propter sensum aut imaginatiua motus eius nō esset vñus continuus: vult dicere, quia vna venit post aliam fm diuersas imaginationes & sensationes fm positionem Auic. dicentis q̄ ipsa imaginantur sūt diuersos, quos mutant. Et ipse ibidē declarauit istam consequentiā, magis & in alijs locis. Et dicit cōcludendo, & cum ita sit, non remanet quod mouetur nisi propter appetitū, qui est propter cognitionē intellectualem vel à cognitione intellectuali. Et postea dicit, & cum declaratū est hoc de esse istorū principiorū, oportet considerare quale est esse eorū, & quomodo sunt motores, & quot modis sunt principia istorum corporū cœlestis.

E stium diuinorū, & via ducēs ad hoc est ponere hic illud, quod declaratū est in Scientia de Anima. nā maior pars principiorū, quæ hic ponuntur sunt accepta ab illa scientia, & nulla est via ad cognoscendū hoc genus entiū fm q̄ est sibi propriū, nisi post cognitionē illius Scientiæ. Et ideo ponitur in legib⁹ cognosce te, & tunc cognosces Creatorē tuū. Dicamus ergo, q̄ iam declaratū est in illa scientia, q̄ formæ habent duplex esse, vnum sensibile aut simile sensibili, & est esse earū in materia. Dicit autē simile sensibili, q̄a forma substantialis nō est sensibilis saltem per sensum exteriorē esse & intellectuale, quod habent fm quod abstrahantur à materia. Et ideo, si sit, sunt hic formæ, quarū esse est fm q̄ non sunt materiales, de necessitate sunt intelligentiæ abstractæ: nam forma, fm q̄ forma, nō habet tertiu esse, esse ergo istorū motorū est fm q̄ sunt intelligentiæ. Et dicit in libro Destructio Destructionū in q̄stione sexta, q̄ Philosophus ponit q̄ ens non materiale, sua substantia est cognitionis tantū, nam ipsi vident, q̄ formæ nō sunt cognoscentes nisi propter hoc, q̄a sunt materiales. Et ideo, cum inueniāt aliquid imaterialē, scitur ipsum esse cognoscens: & ad hoc habent rationē, nam ipsi vident formas, quando sunt abstractæ in intellectu, q̄ sunt cognitionis & intellectus: & q̄ intellectus nihil aliud est q̄ formæ abstractæ à materia: & cum sit ita, illud quod nō est abstractū in fundamento suæ naturæ magis debet esse cognitionis & intellectus illud, quod in fundamento suæ naturæ est abstractū. Et dicit in q̄stione secunda, & cū verificatū est apud eos esse istorū substantiarū, videlicet abstractarū, cōsiderauerūt in natura formarum naturaliū, & inuenierūt quādā earū propinquas ad actum & remotas à potentia: q̄a quādā earū sunt minus passibiles quib⁹ dā, quod est signū materiæ propriū eis, & inuenierunt animā magis putā à materia, & maxime intellectū. Vult dicere, vt credo, generabilē & corruptibilem, vt virtus cogitativa sequēs formā hominis, ppriā, instantiū q̄ dubitauerāt de ipso, an sit materialis vel non; G & q̄a viderūt formas cognitas ex formis animarū, & inueniērunt eas sine materia, sciuērūt q̄a causa cognitionis est esse abstractum à materia, & cum inueniērunt intellectum non esse passibile, cognouerūt q̄a causa, propter quānō cognoscit formā, nihil aliud est nisi q̄a est perfectio quādam potentialis. Vult dicere, q̄a est in materia: sed, quando est perfectio cōplēta cui nō admisceatur potentia, vult dicere, q̄ non est in materia: tunc est intellectus, & de istis iam locutus est Cōmentator in libro de Anima, postea ibidē arguit aliter de hoc dices, cum ipsi, s. Philosophi viderunt etiam ordinem existentē in natura, & in actiones eius, pcedens fm ordinē intellectualē similē ordini artificiali, sciuērunt, q̄ est hic intellectus, qui dedit istorū potentij naturalibus hoc, s. q̄ actiōes eorum sint fm actiones intellectus, ita q̄ sunt iugendox, & propter has rationes dixerunt absolute, q̄ hoc ens, quod est intellectus simpliciter est dans ordinē entibus inuentum in actiones eorum. Nā sicut dicit Auer. 12. Metaphy. in sua media expositione, ordo intellectualis, qui inueniētur in entibus, q̄ sunt p̄ter substantiam. Vult dicere, abstractum inest eis propter ordinē existentē in substantia simplici nō cōposita, quia ipsa non est in se intellectus in actu, sed est intellectus per aliud, & in potentia, & causa eius est ordo intellectualis, qui est in substantia simplici, cui non admisceatur materia: sed est intellectus per se & sua substantia est in actu, & est vere vñus & simplex, & intellectus in ipso est intellectum: sed substantia cōposita non est vere vñus neq; simplex, necq; est per se intellecta, sed est intellecta per aliud: & non intelligo hic de simplici illud, quod dicitur respectu cōpositi, sicut dicimus elementa esse simplicia respectu misti ex elementis: sed intelligo, q̄ in ipso non sit aliqua multitudo, & q̄ est vñus omnino, & cum sit ita, illud quod intelligit corpus cœleste de primo ordine abstracto à materia, qui est causa in æternitate corporis cœlestis, & finis est causa in esse Jordinis intellectualis

in omnibus partibus mundi, sicut illud, quod intelligit Rex & Princeps de legibus, & regimine, est causa in esse ordinis et regiminis in omnibus partibus ciuitatis. Vult dicere in summa, quod illud, quod est intellectus in potentia, & non est in se & in sua substantia intellectus, oportet quod sit tale propter intellectum in actu per se talem, continens in se illum ordinem intellectualis, & est causa illius. Et dixit cōmento. 51. secūdo Cœli, declaratū est in Philosophicis, quod motor corporū cœlestium non est in materia, et declaratum est in libro de Anima, quod illud, quod est huiusmodi, est intellectus. & declaratū est in Prima Philosophia, quod forma intelligibilis non mouet nisi finis desiderium, quod sit à suo intellectu. patet etiam ex fundamentis Auerrois contra Auic., quod cœlum non habet formam neque animam ppter motore abstractum, sed à motore abstracto. Declaratū est ergo cœlum habere intellectus, & quod anima eius est intellectus & motor. Quod autem anima ipsorum & intellectus est idem cum forma eorum, probat, nā ipse Cōmentator. 12. Metaphys. cōmento. 36. dicit, finis igitur quod ista intellecta sunt formæ eorum, sunt mouentia finis agès: & cōmento. 6. eiusdem dicit, declaratū est igitur in hac scientia, quod ens non materiale, quod iam declaratū est esse mouens substantiam sensibilem, est substantia antecedens substantiam sensibilem, & quod est principiū eius finis formam & finem. Et postea in eodem cōmento inquit, & cecidit dubitatio in hoc, quod principiū formale & mouens non sunt tria numero, sed unum in subiecto, & tria in ratione. Vult dicere finis diversas cōsiderationes, vt patet ibidem per ipsum, & in media sua expositione. 12. dicit cōcludendo post hoc, quod dixit de ordine intellectuali. Et ideo non iuenerit ista substantia causa substantiae sensibilis finis quod est mouens ipsum tantum, sed finis quod est etiam causa eius finis formam & finis formam. Nam amatū & desideratū est causa amantis & appetentis finis istas tres dispositiones. vult dicere, quod inquantū desideratū est bonū, apud quod vel propter quod mouetur est finis, & finis hoc de causa motus æterni: & est motor & forma etiam, quia est perfectio eius, et actiones eius sunt per ipsum. actio autem rei prouenit ab ipsa propter eius formam. & hoc magis declarabitur in questione secunda. Declaratū est etiam ppter illud, quod posui, quod illa dicitur anima inquantū appetit & mouer, nam ista sunt propria animæ, cōsiderata autem finis se, dicitur intelligentia, & debes scire, quod ex dicto Averro. in cōmento. 36. Duodecimi, ubi dicit, quod finis quod sunt formæ, mouet finis efficiens: declarabitur quod Deus mouet effectuē. Nā ipse est forma sine dubio, vt dictum est multo: sed debes scire, quod finis quod est anima, dicitur esse cum corpore, nā motor est cum moto, & omne quod est ex se motu, mouet per virtutem existentem in eo. Et ideo finis istum, modum dicitur esse finitum non in tempore, sed in actione, i.e. quod ipse mouet corpus determinatum finis motu determinatum: ita quod non potest mouere corpus maius, neque motu velociore: finis enim istum modum appropriatur corpori, & dicitur esse cum ipso, quod corpus est vere diuisibile et finitum, non tamē potest diuidi, sed habet partem extra partē: & illud est, quod vere dicitur esse finitum vel infinitum, finis autem quod est intellectus & desideratū, aut finis quod est in se cōsideratum, non dicitur esse finitum neque infinitum eo modo, quo declarauit. Nam finis hoc non dicitur esse cum corpore, sed dicitur de ipso finis quod est intellectus & desideratū, quod mouet vel est causa motus æterni per tempus infinitum. Et videtur mihi quod hoc intellexit Cōmentator in Tractatu de Substantia Orbis versus finem, ubi dicit, & cum considerauit in virtutibus appetitiis cœlestibus, iuenerit eas esse finitam potentiarū. Et patet quod ipse non intellexit finitatem finis durationem: nam hoc est contra fundamēta sua. Patet pterea, quod ab illis motoribus motus est perpetuus: ergo non distinguitur nisi per operationem intellectus. i.e. finis diversas cōsiderationes. Nam ipse ibidem dicit, & cum considerauit in continuatione motus eorum, fuit declaratū, quod causa continuationis motus eorum non est ista virtus, qua mo-

A uentur, sed illud quod largitur eis continuationē, est aliud quid appetibile: quod cōtinuatio non prouenit nisi à motore non motor: sequitur, quod istud mouens neque est corpus neque potentia in corpore, & quod est intelligentia abstracta. Patet ergo, quod causa continuationis & perpetuitatis motus huius est, quod motor non est corpus neque admittus corpori aut materijs, & hoc inuenitur in oībus istis motoribus, & ideo non indigemus alia causa sicut putauit Ioannes, neque etiam est dubium sicut postea declarabitur, quod intellectus & desideratū sunt unum in re cum appetente & mouente, i.e. cum virtute qua mouetur, ergo appetibile, quod est causa continuationis motus, non distinguitur in esse à motore, sicut intellexit ibidem Ioannes: non ergo distinguitur nisi finis intentionē & cōsiderationē sicut dixit: & quod facit hoc quod dixi esse clarum est quod dixit Cōmentator in illo tractatu ante hoc. Inquit enim, & non est dicendum, quod formæ, quibus mouent corpora cœlestia sint aliq ab eis ad quas mouentur &c. vt ibidem declarat: & parum post dicit cōcludendo, ergo nihil est in corporibus cœlestibus, per quod forma, quae est motus, differat ab ea ad quae est motus, immo sunt eadem formæ: & non differunt nisi in dispositione et ad id, quod iuit post, vt dicit Aristoteles, quod intellectus & intellectus idem sunt in corporibus cœlestibus. Declaratur pterea ex dicto eius ibidem, ubi dicit, & cum cōsiderauit de istis virtutibus declaratū fuit ipsi ipsam esse virtutem appetitiū de virtutibus animæ tantum. Vult dicere, & appetitus in ipsis presupponit cognitionem, i.e. non est sine cognitione. Et ideo intelligunt etiam. Et dicit viterbius, quod cum considerauit de istis virtutibus appetitiis cœlestibus, inuenit eas moueri ad appetibile nobilium ipsis: declaratur autem postea, quod desideratū est intellectum, & ipse & suū intellectus sunt unum. Et ideo non possumus intelligere ex dicto Cōmentatoris, quod differunt in re, & maxime, quia animæ eorum abstractæ sunt à materia: abstractū autem à materia est intellectus, sicut dixit. C Intellectus autem & intellectus, de quo iam dixit esse idem, quod desideratū sunt unum & idem in ipsis, & in fine dicit, quod istud corpus cœleste intelligit hanc intelligentiam. Vult dicere, desideratū, quae est causa continuationis motus: & patet, quod ipse intelligit hic per corpus cœleste, animam cœli, quae est intellectus, sicut declaratū est, declarabitur autem postea, quod intellectus in abstractis & intellectus sunt unum & idem. Et si dicta Cōmentatoris non intelliguntur, sicut dixi, nullo modo verificabitur illud quod posui in declaratione principalis cōclusionis ex verbis eius in sua media expositione. ubi dicit, illud quod intelligunt de principiis determinatis vel propriis eorum, & multa alia ibidem posita non erunt vera si non intelligentur verba Cōmentatoris sicut dixi, & considera illa verba.

D Secunda propositione, quod intelligens, intellectus & intellectum sunt unum & idem in quolibet abstractorum, i.e. quod quodlibet abstractum, intelligens, intellectus, & intellectum in eo sunt idem, in hoc tamē est differētia inter primum & reliquias intelligentias. Hæc suppositio est quasi nota per illud, quod iam dictum est, & magis declarabit, quod autem intelligens & intellectus & intellectum in abstractis sunt unum, declaratum est ex verbis Philosophi & Cōmentatoris cōmento. 39. 12. cōmento. 51. & in libro Destructio Destructionū, questione tertia, in tertio modo prope finē sermonis incipientis. Dico, cum dicimus rem esse possibilē esse. Et in questione dicente, an Deus sit unus in sermone incipiente, Et cum totū hoc ipsi dicunt Deū. Et in questione querente, an Deus cōuenit cum alio aliquo in genere, in sermone incipiente, Cōpositio autem, quæ, est inter genus & differentiam, & in multis alijs locis ibidem: & in abbreviatiōne sua Metaphysicæ, & in questione sexta inquit. Et si sit aliquid sine materia intellectus in ipso est intellectum, & dicit pterea in illo libro. Et quia primū, s. ens est apud oēs simplex, videf isti, i. Auic. & alijs difficile, quomodo ab ipso prouenit multitudo, in tantum quod inducti sunt ppter hoc dicere, quod primus non mouet motum

In abstractis, intelligens, intellectus, intellectum idem sunt.

## QVAESTIO DE PRIMO

125 V

tum diurnū, sed à primo puenit mouens motum diurnū, & ab isto motore, puenit duo, cælum, quod mouet, & motor, qui est ppter ipsum: & hic est error fm fundamēta Philosophicorū, nā intelligēs & intellectū sunt vnum & idē in intellectu humano maxime in abstractis: et postea dicit, q̄ cū fuit intellectū ex verbis Alfarabij & Aucī, q̄ motor secundus intelligit suā substantiā & intelligit suam causam: & fm q̄ intelligit se ordinat vel, puenit aliquid. Et fm quod intelligit de suo pricipio, puenit ab ipso aliud quasi ipse hēt duas formas aut duas substantias vel naturas, sicut iellexit Algazel ex dictis ipsoī est fallū, nā, si sic esset cōpositus, plus q̄ ex vna forma, tunc illa forma erit vna in subiecto, multo fm diffinitionē, sicut est anima. Et dicit in sua abbreviatiō Metaphysicæ, q̄ hoc erit, ppter intellectui fm quod est nō materiale, s. q̄ intellectus & intellectū est vnu. & iō inuenit hoc in oībus abstractis: et hoc declarauit magis ibidē, sed ego accepti itētionē quasi tantū, nam siquis vult scire ista ex loco, vbi ordinate de istis tractant Philosophi, erunt sibi pabilita, vt bñ declarat Cōmentator cōtra Algazel in libro Destructio Destructionū. Et dicit in libro illo in q̄stione q̄rente, sā mūdus sit effectus Dei grā in tertia difficultate, q̄ nō est substantia vel qdditas intelligētia causatæ apud Philosophos, nisi illud, quod intelligit suo principio. Et nō sunt hic duas res, s. vna ex istis quidditas, & reliqua intētio vel res addita supra quidditatē vel substantiam. Nā, si fuisset sic, esset cōpositū simplex, aut, s. abstractū non est cōpositum. patet ergo, q̄ intelligēs, intellectus & intellectū sunt vnu & idē in abstractis. Quod autē sit differētia in hoc inter ea aliquo mō, declaro declarādo prius q̄ aliae intelligētiae intelligunt primā: hoc autē probat multipliciter, primo vniuersali modo, & hoc declarandū, q̄ ista abstracta de necessitate habet primum principiū, & q̄ nō sunt omnino distincta, ita q̄ nō sit inter ea dependentia causæ & causati: & hoc sic, nā hoc nomē, s. principiū aut dī de eis vniuoce aut æquiuoce aut fm prius et posterius, quod vocat analogia, sed non pōt dici vniuoce, nam vniuoca nō sunt multa nisi, ppter materialia, hic autem sunt imaterialia, & falsum est etiam q̄ dicatur de eis pure æquiuoce, qā iam declaratū est ipsa esse vnius generis, & non intelligo hic per genis, genus diuisum in species, sed quod dī vniuoce, nam hoc impossibile est in eis: sed intelligo qd vniuersale dictū de eis fm prius & posterius, vel quādā naturā: sicut hoc nomē intellectus et abstractū & principiū, s. q̄ vere dicit de ipsis, s. q̄ sunt principia & motores vnius entis, s. mundi & s. non, mundus nō esset vnu & colligatus: & cū hoc sit ita, non pōt dici de ipsis hoc nomen principiū nisi fm prius & posterius: sed illa, à quibus dicit aliquid fm prius & posterius, de necessitate sunt attributa, sed ad aliquid, quod est causa esse illius dispositionis in eis. Verbi grā, hoc nomen caliditas dī de rebus calidis per habitudinē ad ignē, qui est causa caliditatis aliorū calidorū: & ex hoc appetet q̄ est aliquid primū principiū istorū motorū. Præterea, Nos viderimus istos motores esse diuersificatos in nobilitate & dignitate. Nā motor motus diurni nobilior est oībus, sicut declaratū est suo loco: res autē diuersæ in dignitate, quādo nō sunt diuersæ fm speciē, tunc diuersitas inuenta in eis est, ppter prioritatē quorūdam eorū super alios in illa intentione vel re in quā conueniunt. Res autē sic dispositæ, de necessitate quādā earū sunt causatæ à quibusdā, & primū in eis est causa in esse omnium aliorū. Et ex hoc v̄f, q̄ primus mouet fm efficiens. Nā postquā abstracta cōueniunt in substantiā, sicut dicitū est, debet cōuenire in actione sequente substantiā. Hoc etiā patet alia via magis ppria. Nam nos videmus actiones istorū corporū coelestium ordinatas vel productas per eorū motus & iuant in esse cuiuslibet entis istorū inferiorū & in cōseruatiōe eorum in tantū, q̄ nos videmus, q̄ si aliquis istorum motuum nō esset, corrūperetur esse rerum & ordo earū. Et ideo videmus Lunā & Stellas erraticas, quod quasi ser-

E uiunt Soli, & sequunt ipsum, nam nos videmus semper eas pergere fm distantias determinatas, s. in ppinqüitate & remotiōe, & fm vias determinatas, s. in velocitate & tarditate, sicut declaratum est in Astronomia. Et hēc actio nō prouenit ab eis, vel nō inest eis accidētaliter: & cum sit ita ipsi de necessitate quārunt, & cōsequunt vnu finē, & quia esse eorum non est, ppter res inferiores, finis ergo ille, in quo cōueniunt, est causa in hoc quod conueniunt & concurrunt & adiuuāt in pductione cuiuslibet inferioris. Nā res acta vel producta cum esse illius perficitur per plus vno motore, Illud pfectitur per se, qā conueniunt illi motores in vno fine: & vniuersaliter mūdus est vnu per vnum principiū: & sic nō vnitatis inueniretur in entibus vel in mundo per accidēns: vnde quasi manifestum est per se q̄ mundus constat ex causis & causatis. Et per istas causas cognouerimus primam causam. Et quod verificat hoc torum est, qā nos videmus q̄ reliqua corpora coelestia mouētur motu diurno, & quasi omnia sequuntur primum motore & seruiunt ei. Declaratum est ergo per aggregata ex dictis Auerrois & fundamen-tis eius hinc inde positis, q̄ primus est causa aliorū motorum: sed nulla est via, fm quā est causa eorum, nisi per illud, quod intelligunt de ipso: ergo intelligunt primum, nam sicut dicit diuinus Auerrois in abbreviatione Metaphysicæ: cum posuerimus vnum eorum esse causa alterius, de necessitate causatum intelligit suam causam. Nā hec duo cōvertuntur, in eius, s. q̄ intelligit ex istis principijs aliud, illud aliud est sibi causa: & illud quod est causa illius causatum intelligit illud. Et declaratur etiam hēc conclusio per rationē ultimam probantē conclusionem præcedētē īmediae, s. q̄ primus motor est causa aliorū. Et ideo dicit Auerrois in sua abbreviatione, reliqui motores cōueniunt cum hoc mobili, s. primo in motu eius: ergo in cognitione eius conueniunt. Probat ppter alia via, quilibet eorum intelligit suam substantiā: sed nō potest intelligere suā substantiā nisi intelligendo illud per quod sustentat vel cōpletur sua essentia: sed sua essentia sustentat aut cōpletur vel existit in eum p̄ primum: ergo intelligit primum qibet eorum. Præterea appetet hoc, nam intellectus fm q̄ intellectus versat circa ens nō circa priuatū, volo dicere q̄ intellectus nō dicit esse intel-ligens nō entia: sed non est aliquid ens ppter ista entia, quā intelligimus, ergo intellectus illorum cognoscunt hēc entia vel versant circa hēc. Et cum declaratum est, q̄ co-gnoscunt hēc entia, aut cognoscunt ipsa eo mō quo nos cognoscimus ipsa, aut modo nobiliori: sed falsum est q̄ cognoscunt illa vēl cōsistant in cognitiōe eorum eo modo quo nō intellectus, qā sic minus nobili perficerent & essent causata ab istis entibus, sicut deducit bñ Cōmentato, 12. Metaph. & in libro Destructio Destructionū, ergo cognoscunt illa mō perfectiori & fm esse nobiliori q̄ esse circa quod, vel fm quod cōsistit intellectus vel co-gnitio nra. Nam vera cognitio est illa, quā est cōformis rebus. Et ideo, si illa cognitio sit nobilior cognitione nra, cognitio earum versatur circa entia fm nobiliorē mo-dum essendi q̄ modum, fm quē versatur nra cognitio, etiam est esse nobile entis, s. esse intellectuale, quod est ca-sa: nobilis autē esse entium est eē quod hēt in prima ca-sa, & iō Deus est oīa entia aliquo mō & cognoscit ipsa cognoscēdo suā substantiā, reliqua autē intelligētiae intel-ligunt illa fm q̄ intelligunt de ordine existēre in primo, intelligunt ergo primum: Nā reliqua intelligētiae assimi-lant principiis particularibus, qui sunt sub primo Prin-cipe, esse autē istorum Principiū, inquantum sunt Prin-cipes particulares est per illud quod habet de ordine vniuersali, quē habet à primo: & qā entia istorum intelligētiarum est illud quod intelligunt de ordine vniuersali exi-stente in primo, sequit q̄ essentia illorum est illud qd in-telligunt de primo. Vtrum autē intelligunt p̄mum fm q̄ sunt causatæ ab ipso, s. an intelligunt se esse causatas, non est hic locus huius, & forte declarabis per dicta & dicēda hic.

hic, postquam autem hoc sic declaratum est, declarabitur facilius differentia, quae est inter unitatem intellectus, intelligentis & intellecti in prima causa, & unitatem earum in reliquis intelligentiis: & non oportet aliud facere in hoc nisi congregate dicta Auerrois in hoc, & expone illud, quod est difficile in eis per illud quod est notum magis: & tunc erit hec consideratio completa: inuenio enim Commentator, 12. Metaphysica, cōmento, 51, dicente. & sic debet esse in alijs intelligentiis abstractis: sed primus est simplicior eorum. Et ideo est unus simpliciter sine aliqua multiplicitate, nec propter alienitatem intellectus & intellecti: neque propter multitudinem intellectorum, quasi enim ostendit per hoc medium, quo possumus scire differentiam inter unitatem primi et aliorum motorum cum dixi, neque propter alienitatem intellectus & intellecti sicut magis declarabitur. Dicit etiam in libro de se, d. in modo tertio questionis, quarentis a mundus sit effectus Dei, necessarium autem per aliud vult dicere eo modo quo superioris declarauit circa positionem Auicenae, intellectus intelligit in ipso aliquam compositionem ex causa, & causatum, & si sit corpus inuenitur in eo multitudo uno modo & unitas aliquo modo, i. unum in actu, multum in potentia. & si sit incorporeus intellectus non intelligit in ipsa multitudine neque in actu neque in potentia. Sed unitate omnibus modis. Et ideo antiqui vocant hoc genus entium simplicia. Et cum hoc dicunt de ipsis entibus quod causa est simplicior causato. Et ideo dicunt antiqui quod primus est simplicior. Nam primus non intelligitur in eo causa & causatu. Vult dicere, sed tantum est causa. Alij autem, primo intellectus intelligit in eis aliquam compositionem. Vnde Commentator loquens de Auicenae, ibidem comprehendens suum sermonem inquit: & si intellexit per possibiliteratē dispositionē intellectualē, i. vt credo per operationē intellectus: non sequitur propter hoc quod aliquis istorum sit cōpositus, sed intelligitur in ipso cōpositio, & non quod est ex causa & causatu. Et debes scire quod hoc quod dixi, & si sit corpus usque in finem declaratum est ab ipso perfecta in illo libro in sermone incipiente. Compositio autem, quae est inter genus & differentiam. Et postea dicit loquens de Algazel illud, quod ponit de mente Philosophorū, s. quod inuenitur multitudo in alijs à prima causa, tantum est sermo corruptus non conueniens principiis Physicorum. Nam nulla est multitudo in ipsis intelligentiis apud eos. Et non distinguuntur apud eos per simplicitatem & multitudinem. Vult dicere quod non est multitudo, sicut ponit Algazel in quidditate vel essentia, quod per idem accipio in isto loco, s. loquendo de separatis quorum quidditas eo modo quo dicuntur habere qualitates: quod est in unitate sunt quidditates, non tamen cōstitutae, ex genere & differentia non distinguuntur ab essentia: sed illi distinguuntur per causam & causatum, & differentia in hoc quod primus intelligit suam substantiam & reliqui motores suas substantias est, quod primus intellectus intelligit de sua substantia rem existente in sua substantia, non rem quae refertur ad causam: reliqua autem intelligentiae intelligunt de sua substantia rem relata ad causam earum, & ita ingreditur earum substantias multitudo hoc modo, & dicit postea in illo loco, non sequitur quod intellectus & intellectum & obus intelligentiis abstractis est unum & idem, quod oēs sint causae, & eae simplices. Nam ipsis, s. Philosophi ponunt, quod hanc dispositio inuenitur vel, dicit de intelligentiis est magis & minus. Et non inuenitur vere nisi in prima intelligentia: et causa in hoc est, quod primus intellectus in sua substantia cōsistit omnino per ipsum, reliqua autem intelligentiae intelligunt de suis substantiis quod ipse cōsistunt per ipsum: & si intellectus intelligens & intellectū in quolibet illorum efficit unum eo modo quo in primo efficit substantia existēs per se conueniens substantiam existentes per aliud, vel intellectus non continuaret eam rem intellectam. Dicit patera in illa questione in tertia difficultate modi tertij, & differentia inter causam & causatum est, quod prima causa esse eius omnino est per ipsam, esse autem secundæ per re-

A latonem ad primā causam. Nam esse causata est sua materia, & non est res addita eis: sicut est dispositio hec in causatis materialibus, verbī gratia. Color est res existens in se in corpore, i. est res absoluta, ipsum autem esse causa visionis est fīm quod est relatum vel relatiū. Visio autem non habet esse nisi per istam relationem, vel suum esse consistit in relatione. Et ideo abstracta à materia sunt substantiae de natura relationis vel relatiū. Et ideo referuntur causa & causatum in formis abstractis à materia. Et si hoc erit bene intellectum, omnia quae dicta sunt in hoc de mente Auerrois, erunt quasi intellecta: & ex hoc autem quod reliqua intelligentiae intelligunt quod prima est causa earum. Nam ipsa intelligunt substantias earum, sed substantiae earum sunt de natura relatiū, ita quod suum esse constituitur per relationem ergo intelligunt rem ad quam referuntur. Præterea, Intelligunt primū, & intelligunt se intelligere primum, vel illud quod est primum, intelligens autem hoc perfecte, de necessitate intelligit se esse causatum à re intellecta, ergo &c. Item, in sua abbreviatione Metaphysicæ, in hoc quæstio dicit, primum & vere simplex est illud, quod non indiget alia re extra se in cognitione suæ substantiæ, & vult ibidem, quod reliqua intelligentiae indigent hoc, & dicit cōmen. Quinto Terrij de Anima, in solutione tertiae difficultatis, opinandum est enī, quod istud, s. intellectus materialis, est quartum genus esse: quemadmodum enim sensibile esse dividitur in formam & materiam, sic intelligibile esse dividitur in cōsimilis his duobus, s. in aliquod simile formæ, & in aliquod simile materiæ. & hoc necesse est in omni intelligentia abstracta, quae intelligit aliud, & si non esset multitudo in formis abstractis: & ideo declaratum est in prima Philosophia, quod nulla est forma liberata in potentia simpliciter, nisi prima forma, quae nihil intelligit extra se, sed essentia eius est quidditas eius, illa autem formæ diversificantur in quidditate & essentia quoquo modo: & nisi esset hoc genus entium, quod scimus in scientia animæ, non possemus intelligere multitudinem in rebus abstractis, quemadmodum, si non sciremus hic naturam intellectus, non possemus scire quod motores abstracti sunt intellectus. Hoc autem ultimum iam declarandum est, per illud, quod iam dixi: reliquum autem sui sermonis declarabitur ponendo verba eius, circa hoc, in libro Destructio Destructionum, & in alijs locis: dicit enī in tertia quæstione versus finem. Videtur enim quod causa multitudinis intelligentiarum abstractarum est propter diuersitatem naturarum receptuarum earum per illud quod intelligunt de primo principio, & per illud quod acquirunt ab ipso de unitate, quae est una actio in se, multa vel multiplicata, propter multitudinem recipientium ipsam, s. unitatem: sicut est de principe sub quo sunt multi duces particulares: & ante hoc in illa questione inquit, & non est remotum, quod ipsum, s. primū principiū sit unum in se, cōsiderant ī de ipso multæ intentiones & cognoscuntur cognitiones distinctæ vel diuersæ, i. intelligitur modis distinctis ab intelligentiis, & simile huic dicit ibidem multoties, & dicit in epistola de possibiliterate continuationis, capitulo, 13, dicens, quod si posuerimus quae intelligunt formas abstractas à magnitudine non sint aliquo modo cum magnitudine, apparebit huius contrarium in corporibus celestibus. Nam potentiae eorum, quibus intelligentia abstracta, sunt cum magnitudine. & ante hoc dicit in illa epistola, nam intellectus materialis, quia non habet aliquam formam formarum, sicut similes omnibus rebus animabus corporum celestium. Nam dispositio animæ ipsis, nil aliud est nisi appetitus ad motum apud cognitionem illarum, illam formam abstractam per modum receptionis. Et hoc totum verificatur sicut dixi superiorius, cum considerata fuerint, quod sunt animata. Declaratum est ergo, quod unitus intellectus, intellecti, & intelligentis non est in omnibus abstractis uno modo. Declaratum est etiam, quod in reliquis abstractis intelligitur in eis aliquo modo.

## QVAESTIO DE PRIMO

recipiens & receptū, et potētia, nam, sīm quod in ipsis intelligitur recipiēs, de necessitate intelligitur potētia: in primo aut̄ non intelligitur recipiēs & receptū, nisi forte alio modo, potētia aut̄ non intelligitur in ipso, & bene considera ne putabis cōtradictionē in verbis. Nā reliqui motores recipiunt intellectiōnē suam à primō, primus autē intelligit de se rem existentē in se non existentē in alio, & intelligit illā per modū receptionis: tamen in primo etiā intelligitur intellectus, intellectū & intelligens, sicut declaratū est cōmen. 39. 12. Metaphy. Ex istis patet int̄t̄o Cōmentatoris in libro de Anima, cū dixit, n̄iſi effet hoc genus entium &c. Nam non possemus intelligere multitudinem vel diuersitatem in eis, n̄iſi propter naturas earū receptiūas aliquo modo, sicut dictū est, per dicta autem Ioānis in tertio de Anima nō verificat hoc dictū Cōmen. vt sciunt intelligentes, quāuis multa bona dixit, debes tam scire, q̄ nō debet dici potētia absolute illa potentia, quae intelligitur in istis abstractis: neq; est similis omnino potentia intellectus nostri: nam non sunt in aliqua hora vel instanti in potentia, vt recipiant rem vel dispōnem, q̄a ipse sunt aeternę, & si de nouo vel vere reciperent esent generabiles & corruptibiles, & maxime, q̄a intellectus eorū est idem cum substantia eorū. Præterea. Si sic, quare non recipiūt hoc intellectū vel istā intellectiōnē ante, cū p̄ducens & recipiens inueniunt semper sīm vna dispōnē, & semp̄ est inter illa eadē habitudo: & ipse substantia non intelligunt hanc inferiora eo modo, quo sunt: & si dicatur facta est in eis noua potentia vel dispositio, hoc idē, quārū tūc de illa potētia: & sic erit processus in infinitū. Cum igitur non est in eis res noua, nō habent vere efficiens, sicut est in intellectu nostro, sicut dicit Cōmentator, in libro de Anima, in principio cōmenti p̄dicti & in fine cōmen. secūdū, & cū nō habet vere efficiens nō inuenitur in eis recipiens vere, neq; receptū, s. aliquo modo, ex istis patet, q̄ prima causa est vere vna nullam habens cōpositiōnē in substantia, neq; intellectus aliquo modo differt ab intellecto in ipsa, neq; haber aliquo modo potentia neq; est aggregatū ex substantia & proprietatibus. Nā sicut dicit Cōmen. 12. Metaphy. cōmen. 39. omne cōpositū est nouum, vult dicere, si sit cōpositū in substantia, s. q̄ sit compositū ex materia & forma aut ex genere & differētia aut simile generi & differentiē, verbi gratia, substātia & proprietates pertinentes ad essentiā, quae sunt partes essentiales est vere nouū, & si sit aggregatum ex substātia & proprietatibus additiis extra animā essentiā est compositū vel constitutū ex conditiōe vel conditionato vel ex causa & causato: & cum hoc est vnum de necessitate est causatū, sicut declaratum est ab ipso in libro Destructio Destructionū expresse loquendo de proprietatibus & sua abbreviatiōne Metaphy. & aliqualiter cōmen. 51. 12. & à fortiori si sit constitutū per efficientē, vel recipientē, & receptum vel causatū. Nam tunc illud aggregatū nō est prima causa, sicut optime declarat in illo libro, sed est actus purus perfecta vnuſ, sīm principia Philosophorū, dixi autē proprietatibus additiis extra animā essentialibus vel non, quia, quādo sunt multæ illæ, ppter diuersas cōsiderationes vel proprietates dictæ sīm negationē, ita quod ex illis non sequatur aliqua multitudo non negatur à Philosophis, sicut dicit ibidē Auerrois. Vtrū aut̄ hanc potētia in abstractis sit distincta in esse ab intellectu eorū, aut sīm considerationē tantū, & difficultates accidētes, nō est hic locus ppterius, sed hoc hēt locū in q̄stione de vnitate intellectus: ibi enī dixi multa de hoc & quasi de oībus istis suppositionib⁹. Debes autem scire q̄ si intelligatur in primo de Anima, & recipiens aliquo modo intelligitur, tamē modo alio à modo, sīm quē intelligit in reliquis abstractis. Nā ipse recipiunt intellectū vel intellectiōnē aliquo modo ab ipso primo: ipso autem primus est sibi met̄ intellectum.

Tertia propositio, q̄ desiderans vel appetens & desideratū in abstractis est intelligēs & intellectū. Ex ista se-

E quitur q̄ appetens est idē in ipsis cum desiderato vel appetito: hēc suppositio declarata est per illud quod declaratum est in fine primæ suppositionis, & per illud quod apparuit ex dictis Cōmen, q̄ sunt causa sīm motorem & finem: & non est dubium q̄ finis in ipsis est idē cum desiderato, sed ipse declarat hoc ex intentione. 12. Metaphy. 36. cōmen. Et in principio istius cōmenti inquit, & videt de istis principijs, quæ sunt in corporibus cœlestibus, quod desideratum in eis idem est cum intellecto. Et iam declarauī, q̄ appetitus eorum prouenit ab intellectu & cognitione: ergo desiderans est intelligens vel intellectus. nota tñ, q̄ in quantum dicitur desideratum, s. sīm illam considerationem videtur magis nobile & honorabilior appetente. Nam desideratum assimilat finis vel est finis in ipsis: finis autē, inquit finis, nobilior est eis quæ sunt propter finem. Et hoc valde manifestum est intelligentibus Cōmen, Auerrois, & principiis eius.

F Quarta suppositio, quod motores corporū cœlestium mouent per se & primo, ppter se, secūdario autē propter aliud, s. propter exitum istorū inferiorū in actum & conservatiōne eorū. Ista suppositio iam posita est superius, & declarauit eam Cōmen. 12. Metaphy. cōmēto. 36. vbi dicit q̄ non mouent nisi q̄a intelligunt ex se, q̄ perfectio & substantia eorum est in motu &c. & etiam intelligunt q̄ motus est causa exitus eius, quod est in potentia in illis formis abstractis ad actum, s. ad formas materiales: et declarat ibidē quod intendit, cum dixit in potentia, quē admodum dicimus, q̄ formæ artificiales habent esse in actu in materia, & in potentia in anima Artificis. Et dicit postea, sed tamen motus eorū non est propter exitum istarum formarū à potentia in actu nō ita q̄ illud est pfectio prima eorū, sed ita q̄ illud est consequens primam perfectionē eorū. Intelligit ergo in hoc sermone per corpus cœleste, aggregatū ex corpore & suo motore, quod est sicut vnum animal: mouentur ergo per se primo, vt assimilētur primo, i. vt sint sīm meliorem dispositionem.

G quæ possibilis est in natura eorū: melior aut̄ dispositio est esse mota q̄q̄ quiescere, nam motus est pfectio vivi, & est vita rerū naturaliū, & ideo querunt motum ppter motūmet: nam ipsa intelligunt ex se q̄ perfectio eorum est in motu, sed non intelligo q̄ cognitio eorū ordinatur propter motum. Nam si hoc esset sic, magis nobile esset propter minus nobile, sicut dicit Auerrois in sua abbreviatiōne: sed quod motus prouenit à perfectione & consequitur ipsam, sicut cōbustio sequitur ignem, s. esse cōbustuum: hoc tamē debet intelligi diuersimode in abstractis, & in corporibus eorū. Nam prima actio abstractorum est intellectio, quae est substātia eorū, secūdū autē actio, s. sequēs substātia eorū, est mouere: & iō cōtinuat pfectio eorū per mouere, corporū autē cœlestium actio prima est recipere motū aeternum circularē, i. moueri in aeterno & semp̄ à motoribus eorū, quae tñ est principiū ppter suū esse, s. ppter aeternitatē motus illius corporis, vt dicit Cōmen. secūdū Cœli cōmen. 7. ordinant tñ corpus illud, & motus ad motorē. Nam si sit abstractū aeternum, cutus actio est mouere semper, oportet esse corpus aeternum semper motum. Et ideo dicit Cōmen. in libro Destructio Destructionū q̄ motus est actio eorum propria, ppter quem inuenta sunt. Et ideo, si motores eorum non essent, nō esset motus, et si motus nō esset, actio eorū propria non esset, & tunc substātia eorū nō esset. probatur pterea q̄ pfectio eorū est in motu. Nā reliqui motores sunt entia, vel hēt esse propter colligantiā, quā habēt cum primo motore, ligant aut̄ cum primo, q̄a ipse dat cuiilibet eorū finē, propter quē inuenta sunt illa principia particularia, & est ordo intellectualis inuentus in quolibet eorum, primus autem est causa illius ordinis, sicut est de principe primo ciuitatis cum reliquis principiis, qui sunt sub ipso, & quia finis in ipsis est forma intellectus & intellectum, & non est in eis seruitus addita sup̄ substātiā: sunt ergo entia per illud quod habent de

Motore  
corporis  
leftiū p  
prīo pp  
mouēt,  
cūdario  
pp horū  
rīoꝝ g  
tionē ac  
seruatio

de illo fine: & ideo verificatur, sicut in sequenti questione declarabit, qd Deus est efficiens ista aliquo modo: finis autē eorum est qualis sit qd sunt regentia particularia, i. nō ita universalia sicut p̄mus. Nā iste finis nihil aliud est p̄pter hoc: nō sunt autē regentia nisi p̄ motū, nam mūndus nō potest esse sine motu. mouent ergo, pp̄ter se, nam si cessabat regimen eorum, cessabat esse eorum: mouent ergo, pp̄ter ordinē intellecūtualē quē h̄et à primo, vt assimilent ei, cum sint sibi meiorē dispōnē eorum. primus autē mouet sibi ordinē intellecūtualē vniuersalē, quē h̄et in se. Et ideo ipse solus p̄fecta mouet propter se, & est vere finis: nam ipse mouet propter se non vt assimiletur alteri nisi sibimet. Debes autē scire qd non intelligo per illud quod dixi, sicut cōbustiū esse sequitur ignem, qd actio eorum sit naturalis sine cognitione: & iam dixi de hoc aliquid. Quod autē mouent propter productionē istorū inferiorū patet. Nam per motus istorū productūtū hæc entia & cōseruantur modo perfecto: & hoc non est per accidens. Nam de natura p̄ficiōis formarū est esse agentes vel efficiētes in isto mūndo inferiori, & nos videmus eas semper producere istos effectus, s. esse istorū inferiorū & conseruationē istorum, sicut declarabitur in scđa questione. Quod autem non mouent propter ista inferiora p̄ma intentiō patet, qd actio æterni & diuinī est propter suum esse & perpetuitatē sui esse, vt declarat Cōmen. secūdo Coeli, cōmen. 17. & hoc etiā patet, qd & ērū & abstractū non est propter generabile & corruptibile, nam magis nobile non ordinatur propter minus nobile, sicut declarauit Cōmen, in multis locis: & in. 12. Metaphy. & in secūdo Coeli, & in sua abbreviatione. Et ideo dicit Cōmen, in sua abbreviatione Metaphy. & sicut nos, cum habuerimus ultimā perfectionem, melius est nobis influere alijs aliquid de illa p̄fectione, sibi qd eis est possibile recipere de illa perfectione, non qd perfectio nostra sit propter illos, sic est dispositio in corporibus cœlestibus cum istis inferioribus. Et dicit postea, & cum fuerit sic, patet qd ista principia, s. abstracta sunt causæ huius mundi sensibilis sibi formā, & efficiens, & tñis, & ideo esse vel productio huius mundi sensibilis ab illis, aliquo modo non est, quia ipsa, s. abstracta sunt propter istū mundū, sed ipse est propter ipsa, sicut declaratur ex isto sermone. Et cū hoc sit ita, non remanet qd perueniat ab ipsa nisi secundaria intentione eo modo quo dicimus, qd lex vel ponēs legē est causa boni hominibus dignis, nō qd ipse acquirat perfectionē in se. videtur ergo qd entia sunt duobus modis, quædā sunt vt seruiunt alijs vel alio, quia ipsum est finis: & quædam sunt, quæ perficiunt alia & perficiunt ipsa: qd illa, s. perficiētia sunt principia vel Principes, non quia sunt propter ipsa. & si bene cōsiderabis cōmen. 17. & 31. secūdo Coeli, erit tibi notū. Ante autē qd veniam ad solutionē argumentorū apparer mihi adducere hoc quæstū ex verbis Cōmen, in sua abbreviatione Metaphy, nam hoc est valde bonum & utille, vt puto in hoc, & hæc sunt verba eius, primum autem efficiens, sibi qd de necessitate est æternū, sequitur, qd non sit in materia: quod autē non habet formā, necessariū est etiam. Vtrum autē habet causam finalē indiget consideratione. Nā, si posuerimus ipsum habere causam finalē, erit causatum de necessitate ab ipsa: nā finis est nobilior efficiēte. Vult dicere, vt puto in isto casu, qd finis sequēs motum vel mutationem nobilior est mutatione, non illo qui mouet, secus est de fine non sequēte transmutatione, sed est ens quoddam. qd finis, vt sic, nobilior est illo qui mouet vt mouens est, sicut est in æternis, sed de hoc dicendum est aliquid. & cū ipse non est in materia: ergo finis tantū est causa sui esse. & quia nos iam ponimus ipsum p̄mū efficiēt, erit ergo causa finis: & sic erit causa sibi ipsi, hoc autē non sequitur in rebus materialibus. Nā efficiēt est causa finis, sibi qd est finis, & quia hoc est impossibile, non remanet nisi qd ipse sit finis eius met, sicut sciens, cuius finis in docendo est influere bonum tantū, & ponens leges, qui ducit homines ad dignitatem absq; hoc quod

A ipse acquirat dignitatem: & sic videtur etiam qd prima forma non habet efficiens, nam, si haberet efficiens, non esset ultima forma. Nam ipsa est etiam prior in esse efficiente, & magis remotum est qd sit materialis, & cum non habet efficiens, ipsa & ultimus efficiens sunt vnum in subiecto. Nam, si posuerimus ista duo numero, sequit qd sit causata ab efficiente, & efficiens causatus ab ipsa, in quantum est habens formam, & non erit primum efficiens, oportet etiam de necessitate qd ipsa nō habet finē. Nam finis, i. vt puto habens finem vel forte finis est etiā forma: & dicitur de ipso qd habet formā, & erit ergo forma prior ipsa, & sic non erit illa ultima forma: & cum sit ita, finis eius est sua substantia: impossibile etiam est posse qd finis primus sit aliud à primo efficiente, & à prima forma. Nam prima forma, vt iam declaratum est in isto sermone, & ultimum efficiens sunt vnum in subiecto, & non est possibile, vt iam diximus, vt ultimus efficiens habeat finem p̄pter se & suam substantiam. Iam ergo declaratū est ex isto sermone, qd omnia entia ascendunt ad causam vnam, & ipsa est finis & efficiens & forma: declarabimus autem hoc via magis propriā postea, viam autē qua dixi hoc declarare similis est viā, de qua dixit in. 12. cōmen. 36. in exemplo balnei, & aliquantiter tactum est de hoc, & magis in sequenti tangetur, & dixit ante hoc in isto libro, qd intelligit per ultimum efficiens ultimum motorem. & declaratū est ergo qd motor primus & forma & finis primus simpliciter sunt vniū, & qd primus est causa sibi efficiens & sibi formā, & sibi finem, & qd finis eius est substantia eius, ita qd ipse est finis eius. Pōnam ergo nunc solutiones argumentorum.

**A** D primā dico, qd iam declarata est æquiuocatio & Solutio ar-  
galitatis illarum propositionū ex verbis Cōmentatoris positis in declaratione principalis conclusionis: & ipse perfecta declarauit in libro Destructio Destructio-

rum qd proposizio dicens, qd ab uno non prouenit nisi

**C** vnum, diuersimode dicitur de agente corporeo, & non corporeo vniuersali, & dixit ibidem, qd primus efficiēt abstractus est efficiens abstracta, corporeus autem est determinatum, ab agente autem abstracto, i. non determinato, vt dicit, s. quod non tantum agit in vnum et non in aliud, non tamen habet potentiam infinitam in vigore, nec naturam infinitam, sicut declaratur, nō prouenit nisi actio absoluta, actio autē absoluta non determinatur in quendam actum, ita quod nō in aliud: et per hoc cōcessit Aristo, quod faciēs intellecta humana est abstractus à materia, s. quod est efficiēt omnia, s. intellecta. & iō hæc p̄positio est æquiuoca: & sic dicit ibidem, qd responsio finis opinionē sapientis est, s. Aristo, quod res, quorū esse non completur, nisi quia quædam earum sunt colligatae cum quibusdam, sicut colligatio materiæ cum forma, & colligantia partiū mūndi simpliciū, quædā cum quibusdā, esse eorum sequitur colligationē illorū & cū sit ita dans colliga-

**D** trionē dat esse: & qd omne colligatum colligatur per dispositionē, qua est vnum, vnitatis autē vel vnuū, per quod coligatur, prouenit de necessitate ab uno quod est vnuū per se existens: necessitas est ergo qd sit hic abstractū vnum per se omnino existens, ab isto autē uno, prouenit de necessitate vna dispositio in se: hoc autē recipit in entibus sibi naturas eorum, & ab illa vnitate data in quolibet enti prouenit esse illius entis, & omnia ascendent ad primam vnitatem, sicut prouenit caliditas in quolibet enti calido à primo calido, quod est ignis: & per hoc creditur Aristo, esse conuentientiam inter esse sensibile & esse intellectuale: & dixit, mundus vnuū prouenit ab uno: & quod vnum est causa vnitatis & multitudinis modo diuerso, & propter difficultatē huius rei multi posteriores nō intelligunt istud, sicut diximus, & cū hoc sit ita, patet qd est hic vnuū ens, à quo prouenit vna potētia vel virtus, per quā sunt omnia entia, & qd sunt multa; ergo ab uno in quantum vnuū prouenit multitudine, aut ordinatur, aut quomodo cūq; volueris dicere: & hoc est oppositū illius, quod putauit Landu, sup Phy. f. 7 dicens

## QVAESTIO DE PRIMO

**I**nfinitas in tensiva.

**A**dus diuersimode adhuc consideratur in respectu omnī eius causarum, s. motoris æterni intransmutabilis omnino, & mobilis æterni, cui non inest potentia ad corruptionem & necessitatem motus localis continui illius: vel cōsideratur fm se, non per relationem ad omnes eius causas, & tunc dico, qd si cōsideretur cœlum modo secundo, idest cū sua actione, tunc de necessitate permanentiæ eius requiritur motor & maxime primus. nam, si passio propria rei non esset, vel actio eius sequens substantiam eius non esset substantia eius. Et ideo causa perpetuitatis motus est causa perpetuitatis substancialiæ & permanentiæ eius: fm etiam modum primæ diuisionis, patet qd indiget permanentia, quæ prouenit à primo, sicut declarauit fm autē primam partem diuisionis, patet qd non indiget perpetuitate, quia non habet potentiam ad corruptionem, neq; contrarium, neq; est compositum: neq; habet aliquam causam ex causis corruptionis, & qd declarat hoc totum est illud quod dicit Cōmen. in Lib. d. d. quæstione. 10, qd corpus coeleste apud omnes Philosophos est necessarium p alium, i. per causam, nota tñ qd nō est possibile ex se necessarium per aliud: & iam locutus sum de hoc in alia quæstione. Motus etiam localis circularis cōsideratus absq; eius causa est possibilis: quia habet oppositum, s. quietem: & potentia semper est admista motui: & ideo semper indiget motore, vnde, quamvis corpus coeleste de sua natura sit in potentia ad motum, & est aptum sic ab illo motore moueri, tñ ipsum ē de se ens actu, & nisi esset motor haberet priuationem mot⁹: & ideo aliquo modo resistit vt Cōmen. trac. de Vacuo, & aliquo modo non, & eius motor non potest ipsum velocius mouere. & hoc inest ei propter talem naturam illius corporis & motoris illius, s. sic moueri. Cōsideratus autem in comparatione ad omnes eius causas est necessarius æternus, ita qd non est possibile non esse, & totum hoc est clarum scientibus commēta, & maxime Duodecimo Metaphy. vbi loquitur de Ioan Cne Grammatico. Et cum haec sunt bene consyderata, soluuntur multæ difficultates. Nūc est vñsum mihi aggregare ex dictis Auer. illud quod est conueniens huic, s. qd omnia entia depēdent à primo. Inquit enim in sua abbreviatiōne Metaphy. postq; compleuit sermonem de motoribus abstractis, qd abstracta sunt cause corporis coelestis, eo modo quo diximus: & primum abstractorum est causa aliorum, elementa autem sunt de necessitate causata à motu corporum coelestium: et hoc iam declaratum est in Libro cœli. Ibidem enim dictum est, qd de natura motus est causare caliditatem. Ad esse autē caliditatis sequitur leuitas, quæ est forma ignis, vult dicere sequēs formæ ignis vel qd accipitur loco formæ. Et dicit vñterius, qd ad priuationem motus sequit oppositum, i. grauitas, & ideo ignis terminatur in concau corporis coelestis, terra autem est in medio propter remotionem eius à motu continentis, simplicia autem media, quæ sunt inter ignem & terram, scilicet aer & aqua: inueniuntur fm duplē dispositiōnem, ita qd sunt grauia & levia: grauia respectu superiori, & levia respectu inferiorum: & vniuersaliter, qd esse corporum simplicium est fm qd sunt contraria, causa autē in contrarietate eorum nihil altū est nisi motus corporis coelestis. Corpus coeleste de necessitate est efficiens eorum, & conseruans, & non tantum hoc habet corpus coeleste respectu illorum, sed etiam ponit quasi forma eorum et simplicia respectu illius quasi materia. Inferior enim eorum perficitur per superius & omnia perficiuntur in fine corporis coelestis. Et hoc iā declaratum est in Libro Cœli. corpus etiam coeleste inquātum rotundum non potest esse sine corpore, circa quod reuoluitur & est cētrum. terra autem est talis respectu colii. cum autem terra sit, reliqua elementa sunt de necessitate, ergo elementa sequunt esse corporis coelestis, sicut sequuntur lapides & parietes formam domus. Et cum hoc sit ita, corpus coeleste ē causa esse elementorum fm conseruās, & efficiens, & formā, et finem, Debet tñ scire, qd hæc declarata sunt perfecte ab ipso

## DE EFFICIENTIA MUNDI

ipso in commentis eius, & maxime in dictis de Cœlo & Mundo: sed hic tantum supponit ista. Et ideo non multi insistit, cura etiam Philosophi non est de nominibus. Et ideo postea in illo Libro ponit dicta quasi media inter dicta sua & Aucten. Ego autem accipiam ex dictis eius quod est conueniens positionibus eius in commentis suis, vnde vtterius afferit, quod de rebus homogeneis & animatis non indigemus in assignatione causarum eorum nisi elementis & motibus corporum cœlestium, & hoc in homogeneis; sed in animatis oportet ponere generas etiam de specie eorum aut aliud loco illius. Et ideo dicit Aristoteles, quod Sol & homo generant hominem. Nam ista generabilita & corruptibilita indigent qualitatibus propriis & figuris propriis & determinatis, quae proueniunt a motibus diuersis & aspectibus corporum cœlestium: & haec mensura in omni specie istorum non prouenit nisi ab arte diuina intellecta per se, nam iste formæ habent esse multiplex, & esse eorum perfectum est in abstractis. Et maxime in primo, sicut declarat Commen. in Duodecimo Metaphy., & in alijs locis contra Platonem & Themistium & Aucten, & dicit in sua abbreviatione in loco praedicto. & quia illa corpora sunt viua dant vitam ipsis inferioribus. Nam nihil potest mouere materiam ad perfectionem animalem nisi corpus animatum. Nam res attribuit alijs similem substatię eius, & in dicta abbreviatione, dicit in hoc proposito postquam superius dicta: & cum hoc sit ita, sicut narravimus & declaratum est de corporibus cœlestibus, quod sunt causa in esse elementorum, & fm quo modis sunt causæ eorum, dicamus, quod formæ elementorum sunt causæ propinquæ in esse primæ materiæ communis eis fm formam & finem tantum. Nam materiam primam impossibile est habere causas præter istas duas tantum, nam efficiens producit rem dando acto vel rei actæ rem sibi similem & est forma, materia autem prima non habet formam, ideo neque efficiens, vult dicere, quod non habet formam, quia sit de substantia vel essentia eius vel pars essentiae, neque habet aliam materiam: quia ipsa est prima. Ipse etiam declarauit commento primo quarti cœli, quia res æternæ non habent efficiens, nisi fm quod est forma eorum aliquo modo & conservans, declarauit hoc etiam commento, 92. Secundi Cœli. Possumus et alio modo imaginari materiam esse causatam. Nam hoc nomine materiæ dicitur de corpore cœlesti, & de ipsa materia fm prius & posterius: quia autem talem habent dispositionem primū eorum est causa aliorum, fm hoc ergo erit materia corporum cœlestium causa in esse istius materiæ, & causa in esse materiæ corporis cœlestis sunt formæ eorum, i.e. motores abstracti, vt declaratū est, necessitas autem istius ordinis in illis intelligitur hoc modo: quia enim sunt abstracta fm esse perfectum habent producere vel ordinentur ab ipsis alia entia: sed, quia quedam istorum entium formæ eorum non possunt esse sine subiecto de necessitate est vel sequit esse subiecti: & esse istarum formarum in materia est propter necessitatem, sed esse eorum in se est propter nobilium. Nam esse eorum de necessitate melius est non esse vel priuatione earum. & propter hoc solvit dubium accidentis in esse istarum formarum, nam potest quis dicere, ex quo entia habent perfectius esse in rebus abstractis, quare inueniuntur fm modum minus nobilium: nisi quis dicat, quod finis in hoc est esse earum in materia: & sic magis nobile erit propter minus. Sed nos dicamus, quod esse earum hoc modo est de necessitate aliud esse, & est, quia esse nobilium est priuatione: & ideo esse earum est diminutum, esse autem earum diminutum est magis nobile respectu priuationis, esse autem earum diminutum & materiale est propter necessitatem, quia non possunt esse fm dispositionem perfectiorem, vult dicere, fm quod sunt in actu, quia quoniam sunt in potentia, sicut dicitur, quia forma artificialis est in posetia in anima artificis, vt dictum est quæstione præcedenti, habet nobilium esse: in actu autem non possunt habere maiorem perfectionem quam istam, s.e. esse materiale, & dicit vtterius, quod sicut nos

E nobiliores sumus docendo alios cum habemus ultimam perfectionem fm quod est possibile eis: sic est dispositio priuicipiorum abstractorum in esse corporum cœlestium ab ipsis: sed formæ quatuor corporum, i.e. elementorum sunt propter necessitatem, i.e. propter esse formarum corporum cœlestium, vult dicere sicut dictum est: quia elementa sunt propter corpora cœlestia in quantum sunt rotunda. Corpora autem propter motores eorum, vel forte, quia de natura illorum motorum est prouenire ab ipsis alta entia. Dicit vtterius, quod inueniuntur etiam in materia propter necessitatem, & quasi accidit eis necessitas dupliciti modo, fm quod sunt entia, alio modo fm quod sunt in materia. Causa autem istarum necessitatum in eis est esse corporum cœlestium, nam necessitas in eorum esse est esse corporum rotundorum, & in esse eorum in materia est esse corporum cœlestium in subiecto, vt puto si non sit error in scriptura: quod vult dicere, cum dicit in subiecto corpus circa quod voluentur, & est centrum: & forte intelligit per subiectum corpus cœleste, quod dicitur subiectum respectu formæ abstractæ non materia: sed illud quod magis videtur fm positionem suam est, quod necessitas in effendo entia est propter perfectionem motorum, nam res abstractæ & perfectæ proueniunt ab ipsis alia entia, vt dictum est, & causa in esse materiali est, quia non possunt habere perfectionem nobiliorum ista: & quia necesse est esse corp<sup>o</sup> circa quod volvitur coelum. Sequitur vtterius dictes, formæ autem, quae proueniunt post mutationem elementorum & complexionem, sicut forma vegetabilium & forma hominis, esse eorum est propter animam intellectuam: & esse animæ intellectuam vel rationalis propter nobilium, sicut est dispositio in corporibus cœlestibus: puto quod intelligit per hoc, si per animam intellectuam intellexit abstractum à materia quod ipsa inuenitur propter se, & quia habet esse nobile, sicut reliqua intelligentiae causatæ aliquo modo. Et ideo dicit, quod ens magis propinquum corporibus cœlestibus fm nobilitatem est homo, & est quasi medium inter esse æternum & generabile & corruptibile: sed, si intellexit per animam intellectuam virtutem cogitatiuam sequens formam materiam propriam hominis, vt videatur ex dictis eius, cū dixit, & esse animæ intellectuam vel rationalis etiam in materia est propter necessitatem: tunc intelligo, per illud quod dixit propter nobile, sicut est dispositio in corporibus cœlestibus, quod haec anima, quæ aliquid vocatur intellectus, est propter animam intellectuam, sicut corpora cœlestia sunt propter motores eos, sed magis videtur mihi, quod hoc est dictum. Auempace de intellectu possibili, hunc enim librum composuit ante commentum multis annis, s.e. totam summam Philosophiae et Logice, in qua propter breuitatem secutus est alios in multis: innuit tamen quasi semper illas non esse firmas sententias. Et ideo dicit postea, quod proportio animæ rationalis cū formis inferioribus ipsa est proportio rationalis ad intellectum acquisitum: & ex hoc uidetur, quod ipse loquitur hic

G fm opinionem. Auempace, sed fm positionem propriam, in qua ponit quod materialis intellectus est æternus & aequaliter corruptibilis, non verificatur hoc, nam corruptibile non est nobilis æterno & abstracto: & forte vult dicere, quod esse animæ intellectuam fm quod est recipiens, est propter esse nobilis hominis, s.e. vt homo per ipsam sit intelligens & nobilis, & etiam propter naturam suam inest ei hoc: sed esse ipsius fm se ipsa est propter se, illud autem quod dixit, sicut est dispositio in corporibus cœlestibus, i.e. quibus appropriatur motores propter melius, & vt sint nobilia, cum autem dixit, hanc animam esse in materia, forte vult dicere, quod ipsa attribuitur corpori, & recipit a potentissima anima materiali: & fm hoc forte intellectus acquisitus seu in habitu, est nobilior anima intellectuam, vt est receptiva. Nec est remotum, quod sit in aliquo abstracto non ita perfecto aliqua dispositione prope perfectionem hominis: & maxime quoniam hoc inuenitur in ipso propter suam naturam diminutam respectu aliarum intelligentiarum: & fore

forte hoc inuenitur in ea secundaria intentione propter hominem: primaria autem propter suam naturam, quia non potest aliter esse, & melius est sic esse quam non esse omnino. Inquit vterius. & proportio sensitivæ ad rationalem est proportio vel habitudo materiæ: & proportio vegetativæ ad sensitivam, & proportio homogeneæ ad vegetativam etiam est proportio materiæ: & ipsam est proportio formæ homogeneæ ad elementa, & homo est illud, in quo contingit esse sensitivæ cum esse intellectuali, propter quod autem inuenit de anima sensitivæ & vegetativæ plus una specie. Vdetur enim quod esse eorum est propter perfectiōnem, & videtur quod quædam earum sunt propter hominē, vel quædam propter quadrupedem. In aliis autem animalibus hoc non videtur, & ideo postea declarabitur, quod quædam etiam corrumpunt quædam per accidētē, & propter necessitatēm materiæ, sicut scorpiones & alia venenosæ, quæ videntur corrumpere quædam alia, quæ si non sint nobiliora, non sunt minus nobilia: & dicit loquendo de sollicitudine, quod si inuenientur istæ res, quæ proueniunt de necessitatē materiæ, à quorum esse accidit malum esse magis malum. Nam impossibile est in esse eorum magis hoc & exemplificat de igne, cuius utilitas est manifesta, sed sibi accidit corrumpere multas res, & concludit vtrius dicens, Iam declaratum est ex isto sermone quis est modus esse rerum quarundam à quibusdam, & proportio quarundam eorum ad quandam imperfectionem, & quod omnes perfectiones attribuuntur ad primā perfectiōnem, vel dicuntur per attributionem ad ipsam, & de necessitatē eorum esse est causatum ab esse primi. Et declarat postea loquendo de sollicitudine, quod motus corporum celestium est conditio rei in esse cuiuslibet rei hic productæ, & in conservatione illius: & magis apparet hoc de Sole, & postea de Luna. Nam declaratum est de dispositione Solis, quod si esset maior quam est, & locus eius magis propinquus, ipse corrumperet vegetabilia & animalia per intensam caliditatem: & si fuisse minor vel remotior, corrumperet illa propter intensiones frigiditatis, & videtur hoc etiam, nam res, per quæ Sol agit caliditatem, sunt motus eius vel retractio radiorum, & multa sunt loca, quæ non sunt habitabilia propter nimiam caliditatem & nimiam frigiditatem. & videtur etiam hoc. Nam, si non haberet circulum obliquum, non esset hic ver, neque estas, neque autumnus. Et clarum est, quod ista tempora sunt necessaria in esse vegetabilium, & dicit præterea, quod si non esset motus diurnus, non esset dies neque noctis: & est medietas anni noctis & medietas dies, & tunc res corruperentur in die propter caliditatem, & in nocte propter frigiditatem: postea ponit actiones Lunæ, & dicit postea, quod hoc est dispositio aliarum stellarum & corporum eorum. ipse enim procedunt à distantias determinatas ad Solem. Et ideo dicit Aristoteles, quod motus eorum est secundum motum Solis: dixit autem hoc, quia videntur sequi motum eius, & quærunt quasi assimilari sibi. Et ideo debemus hoc accipere ab Astrologis. Et vterius inquit, sed propter nobilitatem iutorum corporum celestium, sicut multoties diximus, non videatur quod sollicitudo vel cura eorum sit prima intentione propter ista inferiora, & si non res æterne essent propter corruptibiles, & magis nobile propter minus nobile: sed quod acquirunt istam qualitatem & ordinem in motibus eorum per illud, quod intelligunt de substantia principiorum eorum, vult dicere, cum sint considerata, inquit, sunt animata & habentia intellectum, sicut iam dixi: principia autem istorum acquirunt hoc à primo principio, quod est Deus, & ipse est causa in esse rerum super terram & omnium hic existentium, quod est bonum simpliciter est ab ipso. Hoc est quod visum est mihi Heliæ de creta hebreo aggregare ex dictis philosophorum fideliter recitatis in hac nobili quæstione. Et si Deus prolongauerit vitam et bona fortuna successerit, dicam magis prolixè in istis rebus nobilibus &c. si quid tamen dictum sit contrarium legi non mirum est: quia tantum intentiones Philosopho

A rum secundum fundamenta eorum dicere volui, scitur, nam quod via legis, cui magis creditur, alia est à via philosophica. Finis huius opusculi factum est Venetijs in 1480, secundum numerum latinorum.

### QVÆSTIO DE ESSE ET ESSEN-

TIA ET VNO.

Cum essem Perusij cum doctissimo comite magnifico domino Ioâne mirandulano philosopho clarissimo, multa de esse & essentia & uno diximus: quia tamen positio Commentatoris circa hoc quoque modo occulta est, nullib[us] complete posita: ideo h[oc] pauca aggregauit magis declarando quod disputando: & maxime quia cum bene dispositis tantum loquendum est de his,

*Quænam sit unius natura, & quomodo ad ens seu de-*

*cem prædicamenta se habeat.*

B Irca id quod dicit Commentator commen-

to. Tertii Meta, contra Auicennam de uno, Nota quod Auicenna creditur unum sicut & ens esse quoddam accidentis reale non solum in predicamentis accidentium, sed in predicamen-

to substantiae, ita quod unum semper significat accidentis rea- liter additum enti. Cuius ratio est primo, nam, si unum in numero seu numero significat in accidenti accidentis, & in substantia substantiam: numerus esset compositus ex accidentibus & substantiis, & non ingredieretur sub uno ge- nere, & à fortiori sub predicamento quantitatis. hoc au- tem est falsum. Præterea si poneret significare substan- tiam tantum, sequeretur ex hoc aliud falsum, scilicet substantia existit in accidentibus, ex quo de aliquo accidente de- monstrato dicitur ipsum esse unum numero. Vnde con- cludit, quod est unum accidentis dictum vniuersitate de omnibus decem generibus non secundum prius & posterius, & quod hoc unum est unum numerale, seu ex quo componitur numerus. Hoc confirmat sic, quia in quibusdam manifeste apparet quod si significat accidentis, verbi gratia, cum dicimus de aliqua aqua esse unum numero: hoc enim est accidentis in aqua. & ideo aqua remanet aqua siue sit diuisa, siue non, eo modo quo accidentia succedunt in subiecto unum post reliquum præ- ter corruptionem subiecti, manifestum est enim bene dis- positivus, quod cum aqua diuiditur, in quantitate tamen in qua potest stare eius forma, non corrumpitur illic aliqua aqua nec generatur per acquisitionem nouæ formæ substantia- lis vel per corruptionem, aqua enim existens corpus homo- geneum, non determinans sibi figuram per se modo de- clarato in Libro Coeli, nec organice habens formam ex- tensam non corrumpitur in tali diuisione: sed illæ, quæ prius fuerunt partes coniunctæ, nunc non sunt partes. vnde per diuisiōnem vniuersalis substantiæ factæ sunt duæ: non tamen aliqua forma quæ non perficit acquiritur nec corrumpitur in diuisione, immo eadem pars formæ, quæ fuit in unaquacumque parte aquæ, remanet, separata tamen ab alia: & simile accidit in quibusdam animalibus, in quibus anima est quasi una secundum formam non secundum numerum, vt dicit Philosophus & Commentator in commento penulti- mo & ultimo Primi de Anima. & in secundo commento secundo illic ponit, quod talis anima est quasi una in forma, & in actu plures in potentia: & hoc manifestum est, sed dicit h[oc] quia quidam dicunt aliter contra intentionem Com- mentatoris & Auic. hic: & contra veritatem notæ. Præ- terea ipse arguit, vt dicit Commentator in dicto comen- to, quia hoc nomen unum est nomine denominatiuum, seu concretum: ista autem nomina significant substantiam et accidentis. Præterea ipse arguit, si unum non dicit dis- positionem additam substantiæ, rei, tunc idem esset dicere h[oc] est unus, & homo est homo, vt dicit Commentator com- mēto. Decimi Metaphysicae. Præterea ipse creditur, quod unum dictum seu inventum in omnibus predicamen- tis est illud, quod est principium numerorum seu eiusdem generis: numerus autem est accidentis, quia est de preda- mento

## DE ESSE

to quantitatis. ergo vnum significat accidens in entibus: & ideo opinatus fuit qd vnum nō est idem quod ens, seu non est idem cum prædicamentis: ex quo enim est accidens de prædicamento quantitatis non possunt esse ipsa met prædicamenta, vnde concludit, qd est accidens commune omnibus prædicamentis, de quibus omnibus dicitur seu prædicatur. vnde & ipse Aucen, putauit qd multitudo, quæ ponitur in genere numeri, cum dicitur, qd numerus ē multitudo unitatum, est vnum cū numero & ideo dixit, qd multitudo potest esse genus numeri. & ipsa est numerus met, nam multitudo in eo qd multitudo diuidit ad talem & talem multitudinem, sicut numerus diuiditur ad talia & talia numerabilia, s. sensibilia. vnde ipse putauit qd omnis multitudo est multitudo numeri de prædicamento quantitatis, sicut credidit, qd omne vnum est vnum de prædicamento quantitatis: cui obijcit Commentator in multis locis in dicto commēto & in cōmen. s. Noni, & in media sua expositione: quē locum dominationi vestre traduxi, et in alijs locis, primo enim contradicit ei in hoc, qd ipse credidit, qd omne vnum significat accidens. secundo in hoc, qd credidit qd omnis multitudo est multitudo de prædicamento quantitatis. tertio in hoc, qd credidit qd vnum significat accidens semper. quarto in hoc, qd credidit ipsum significare accidens commune omnibus decem prædicamentis, quod dicitur vniuoce de ipsis, vt saltem sequitur ex dictis eius, immo videtur, qd etiam vnum, qd est principium numeri, non dicitur uniuoce de omnibus, de quibus dicitur, immo sūm prius & posterius, nisi salte sūm magis famos & minus, vt apparer ex distinctione vnius numero, & vt postea apparebit: ex quibz sequitur quintum, s. qd Aucen, male dixit in hoc, quod credidit qd vnum, quod est principium numeri de p̄dicamento quantitatis, de quo cōsyderat Arithmeticus est idē cum vno, de quo cōsyderat Metaphysicus: vnde hoc fuit causa sui erroris. sexto contradicit ei in hoc qd credidit qd vnum sit accidens reale in entibus, dato qd non sit anima, hoc enim nō est verum, saltem de vno, quod est principium numeri: de quo ipse errauit, & credidit esse vnum accidens cōe vniuocum. vnde, vt innuit Commentator in locis p̄allegatis, & vbi loquit de significatione vnius numeri multipliciter dicitur, dicitur enim numerus numerale p̄i & famos. us de continuo, sicut dicitur vna linea & vna sufficiēs: dicitur etiam de corporibus homogeneis, quæ continentur dispositionem aliquam in eis, & isto modo dicim⁹ de aqua demonstrata qd est vna aliquā, quādoq; autem dicitur vnum de colligatis & de continuis, & maxime de colligatis sūm naturam, vt manus & pes: posterius autem isto dicitur de colligato per artem, sicut dicitur de vna domo: dicitur aliquā de vno individuo sūm formam sicut Plato & Cicero, & de illo qd est primum indiuisibile, & vniuersaliter omnia, de quibus dicitur vnum continentur in quatuor vt dicit Commentator primo cōmento Decimi Metaphy. multa tamē apparēt diuersa in istis: quæ omnia à sapientibus bene intelliguntur, de his enim omnibz dicitur vnum numero famos, & vniuersaliter apud multos significat has res sūm qd ipse sunt distincta ab alijs & indistincte in se: & ex his abstrahit intellectus intētiōnem vnius seu vnitatis, quæ est omnino indiuisibilis, quæ est principium numeri: ex cuius multiplicatione fit quantitas discreta absolute, quæ est numerus. Istud aut vnum, sicut & iste numerus, est quoddam accidens factum seu fabricatum per operationē intellectus: & iste est numerus, qui est de prædicamento quantitatis, de quo consyderat Arithmeticus, ipse, n. consyderat de uno, sūm qd est vnum tantum abstractum à subiecto, vnum autem non numero dicitur etiam multipliciter, vt dictum est in loco suo. vnum autem, de quo consyderat Metaphysicus est synonymum enti, & dictum analogice, de quo dicit Philoſophus & Commentator, qd est idem cum ente, & non differunt nisi quodammodo: vnde ambo significant vnam naturam, modis tamen diuersis, vnum enim, de quo con-

E syderat Metaphysicus dicit ens cum priuatione diuisibilitatis suę substantię & quidditatis, ens autem non dicit priuationem diuisibilitatis, vnde vnum, de quo consyderat Metaphysicus dicitur analogice de decē prædicamentis, s. de vno in substantia & de vno in quātitate, quod est principium numeri, & sic de alijs prædicamentis: vnde dicit Commentator, vnum, quod est principium numerorum, est ex entibus, de quibus dicitur hoc nomen vnum, licet sit magis dignum huius, i. hoc nomen vnum, quod ē analogum ad decem prædicamenta, & tāquam genus ipsorum, non tamē vniuocum dicitur magis dignus de vno, quod est principium numeri quantitatiū, qui est aliquid decem prædicamentorum, de quo dicitur hoc nomen unum analogice: quia ipsum est vnum omnibus modis, immo magis debet dici vnitatis, quæ vnitatis siue vnum inter oīa de quibus dicit, vt dictum est prius, dicitur de primo indiuisibili in vno quoq; genere, quomodo autem vnum, quod est analogum ad decem prædicamenta inuenitur in omnibus prædicamentis, & quod non est accidens additum substantijs ipsorum, declaratum est à Commentatore in locis prædictis & alijs vnum enim quod est synonyūm enti, siue ens, accipiendo ens seu esse pro illo, quod est tanquam genus, cui opponitur priuatio, non pro illo, quod dicitur in propositionibus de secundo adiacente: et etiā copula in alijs propositionibus, seu hoc verbum est, quod idē significat quod verum, s. qd sicut intellectus intelligit illam rem, ita est extra animā: & vniuersaliter est de secundis intentionibus, seu est synonyūm, non qd est quoddā accidens rerum, s. qd eorum esse in anima est conueniens ei, quod est extra animam esset additum substantiē rei, s. accidens, vel hēc dicuntur vniuoce de decem prædicamentis, vel analogice seu sūm prius & posterius vel omnino equiuoce, non omnino equiuoce: quia talia non habent vnam definitionem, neq; vniuoce, neq; sūm prius & posterius: neq; etiam habent subiectum essentiale seu per se, neq; habent prædicata p̄ se, quibus diuiduntur pri-  
G ma diuisione, & non mediate, vt dicitur, ens aliquid est in potentia, aliquid in actu & similia, neq; dicitur de eis vniuoce: talia enim, si essent vniuoca cum alijs dispositiōnibus, quas etiam habent, essent genera decem prædicamentorum, impossibile autem est vt sit vnum genus vniuocum substantię & reliquias prædicamentis, cum sint natura omnino & totaliter diuisē: ergo hēc dicuntur analogice: ergo significant substantias prædicamentorum, nam ista sunt, quæ dicuntur seu significantur sūm prius & posterius, vel prædicamenta haberent alia prædicamenta, s. qd esse, quod est accidens in substantia, est prius, & in alijs est posterius, sicut ipsa, s. qd esse in quantitate proportionatum esse in qualitate, sicut quantitas ad qualitatem & similiter in substantia: hoc igitur accidens dicitur analogice, s. quod tale accidens in substantia est habitudo eius ad tale accidens in quantitate, sicut est proportio substantię ad quātitatem, & similiter in alijs: & sūm hoc tale accidens in substantia est in quantitate, quantitas: & sic erunt istis prædicamentis alia prædicamenta, & idem etiam continet de istis: & si sic, esset processus in infinitum, confirmatur, si essent vniuoca & genera, sequeretur, qd substantia esset pars accidentis, vel accidentis pars substantię, nā ista vel sunt substantię, vel sunt accidentia. Et sequeretur, qd substantia & accidentia non essent entia: & si dicatur, qd ista sunt vniuoca non tamen genera, nam sunt accidentia, hoc est falsum, nam res superior prædicabilis, de quibusdam vniuocum est genus, & maxime quando responderet in quid: & hoc est notum, esset igitur accidens genus substantię, si est accidentis, & sequeret quod accidentis est prius substantia: nam primum quod est in re est esse. Et etiam si diceretur, quod est accidens sequens, quo est possibile qd ex numeris ita diuersis fluat vnum accidens vniuocum: siue enim sit prius siue posterius, impossibile est vnum accidentis vniuocum esse omnibus prædicamentis, ex diuersis enim sūm quod diuersa omnino non prouenit vna res vniuoca

vniuoca per se, vnum enim accidens vnam naturam aliquo modo sequitur, sicut per se, sicut vnum effectus per se ab uno agente aliquo modo. Alias multas intentiones fecit Philosophus & Commentator in multis locis: vide eas, non enim vere est intelligibile essentiam esse, non dico in potentia vel in anima sine existentia, sicut oportet istis extraneae intelligentibus dicere omnino, bene enim possibile est imaginari vere essentiam esse in potentia sine existentia illius in actu, sed in potentia vere, accipiendo autem esse pro vere, aliter est dicendum. Ex multitudine autem talis vnius analogice dicti causatur multitudo in unoquoque praedicamentorum, sicut ex multiplicazione vnius, quod est principium numeri, & est vniuersale commune, de quolibet de quo dicitur hoc nomen vnum causatur numerus, qui est de praedicamento quantitatis, aliquid vnum autem quod est subiectum illius vnius, s. synonymum enti, quod etiam dicitur analogice, non est aliud nisi decem praedicamenta, s. res vnae, quae sunt in uno quoque praedicamento notae in suis locis: & sicut quodlibet ens per se est vnum & est conuersio, & idem diuersimode significant, ita vnum verius, & prius dicitur de primo in unoquoque genere, quod est indiuisibile in illo genere, ut dictum est, siue hoc sit naturaliter, ut in substantia principium substantiae, s. Deus, & in qualitate album dicitur clemente septimo decimi, siue ex constitutione, ut dictum est locis suis. Similiter simile est querere primum ens in uno quoque genere, & primum indiuisibile in unoquoque generre, sed tantum differunt in modo: quilibet autem res cuiuslibet praedicamenti est vna non omnino indiuisibile, nisi vnum quod est principium numeri, quod magis debet dici vnitatis: vnum autem tale omnino indiuisibile, quod est principium numeri, non est in actu nisi in anima, & per animam, extra animam autem est in potentia: sic vnum enim indiuiduum, s. substantia, verbi gratia non est omnino indiuisibile, sed est vnum indiuisibile in sua substantia in tali genere, & ipsum, ut sic, est in potentia, s. a quo abstrahit intellectus vnum & actu omnino indiuisibile, quod est principium numeri, & aliquid tale vnum in potentia non est accidens illius substantiae, immo est ipsa eadem substantia accepta secundum indiuisibilitatem substantiae eius, & quidditatem, dixit autem aliquid, quia non omne vnum in potentia vnitatis in ipso non est accidens, ut dicam, & similiter est in alijs praedicamentis, & vnum in potentia est subiectum vnius, quod est principium numeri, subiectum s. circa quod, vel de quo dicitur: non tamen de ipso uerificatur quod est vnum omnino indiuisibile, s. omnibus modis: est etiam subiectum, a quo abstrahit intellectus, ut dictum est, vnde Commentator non omnibus modis dicit vnum esse idem cum ente: sed tale vnum synonymum enti dictum analogice, quod est indiuisibile in unoquoque genere seu specie, s. indiuisibile secundum suam substantiam & quidditatem, i. secundum illam naturam, secundum quam dicitur ens. Verbigratia, in humanitate & in asinestate: & sic de alijs, quod vnum non dicit accidens seu rem additam enti seu substantiae illius, sed tantum additum priuationem diuisibilitatis substantiae illius, seu quidditatem, vnde ratiom ens dicit cum illa priuatione, quae priuatio non est res addita preter naturam illius seu essentiam, sed intellectus intelligit illam rem cum illa priuatione, seu illam rem, ut in ea est illa priuatio, i. intelligit ipsam vere non diuisibilem illo modo, ita quod vnum in quantitate seu in natura quantitatis idem est cum ente in quantitate seu quanto: & similiter ens in substantia est vnum in substantia: & ens in homine seu homo est vnum homo seu vnum in homine: & sic de alijs, differunt tamen modo dicto, & vniuersaliter ens substantia est vna substantia: & similiter de alijs, si enim per ens substantiam intelligimus genericam, per vnam substantiam etiam intelligimus vnam secundum genus, i. non diuisibilem secundum substantiam generis: similiter si intelligimus per ens substantiam specificam vel individualem, intelligimus per vnam secundum speciem vel individuum, s. indiuisibilem secundum substantiam

E speciei vel individui, & simile est de alijs praedicamentis, vnde tale vnum sic synonymum enti dicit Commentator non esse accidens, certum enim est quod alijs modis vnum est accidens seu non est in substantia idem cum illo, de quo dicitur, ut verbigratia, vnum secundum locum, vel vnum in contiguatione, ut cum dicimus hoc est vnum contiguum, & similiter de alijs similibus, ut verbigratia, vna aqua secundum continuationem, similiter vnum de praedicamento quantitatis suo modo, vnde postea, s. individuum de praedicamento substantiae, est indiuisibile secundum formam, s. quod non dividitur in formis diuersis numero, s. diuersis individualibus: si miltiter homo seu natura & species humana est indiuisibilis in humanitate, & tamen diuisibile secundum quantitatem: et simile est de reliquis, similiter autem vnum secundum formam, s. vniuersale non modo sibi conuenienti, & alia de quibus dicitur vnum secundum indiuisibilitatem sue substantiae. vnum autem commune, quod est principium numeri, est omnis non indiuisibile, ut dictum est: & ideo magis vere dicitur, hoc nomen vnum dictum est analogice de ipso: vnum autem quod dicitur de aliqua parte aquae, quae postea dividitur & non corruptitur, non dicitur ut sic vnum, s. quod est synonymum enti aquae secundum priuationem diuisibilitatis sue substantiae & quidditatis, sed talis naturae: & ideo tale est accidens, quia non dicit priuationem diuisibilitatis sue substantiae seu naturae, s. aquae secundum modum, secundum quem dicitur ens, verbigratia ens aquae, sed dicit priuationem diuisibilitatis secundum accidens, ut dictum est, ut verbigratia secundum quoddam continuitatem vel huius vnum. Simile autem est in reliquis similibus: vnum autem quod est principium numeri assimilatur vniuersali secundum quod ipsum est non materiale, assimilatur autem particulari secundum quod est vnum individuum in anima, & secundum quod accedit ei multitudo individualium, ut numerus: & ipsum non est vna natura vniuoca in omnibus, de quibus dicitur ut forma uniuoca: & forte etiam vnum quod est synonymum enti quodammodo assimilatur particulari & quodammodo vniuersali. & tu quere modum, & ex istis patet solutio omnium, quae bene dicta sunt per Auctenam in hoc. Omnia enim quasi procedunt ex corrupta imaginatione: quia ipse non distinxit de vno quod est principium numeri: & de vno quod est synonymum enti: quod dicitur analogice, & creditur ambo esse accidentia, seu de praedicamento quantitatis, s. significant accidens, ut dictum est, id autem, quod dicit, quod vnum est nomen denominatum, nihil est, vnde vnu in quantitate, ut dictum est, magis debet dici vnitatis, in alijs autem dictum est, quod ipsa non sunt omnino indiuisibilia omnibus modis: & ideo dicuntur vnum non vnitatis. dato etiam quod hoc nomen sit denominatum, hoc non nocet: quia est nomen artificiale acceptum ac si esset abstractum. Id autem, quod dicit Aucten, contra definitionem numeri, in qua ponitur multitudo, solutio est manifesta, nam iam dictum est, quod multitudo absolute sumpta vniuersalior est vno numerali, quod est principium numeri, dictum enim est, quod vnum & multitudo inveniuntur in unoquoque praedicamento, & dato quod esset, ut ipse dixit, adhuc possumus imaginari numerum, ac si ipse esset species de speciebus rerum numeratarum, & erit multitudo genus eius, & aliarum rerum multarum: & hoc non est impossibile per operationem animae, sed hoc accedit numero, secundum quod ipse est actio animae in numeratis. Id autem, quod dicit Aucten, in quibusdam suis dictis contra definitionem vnius et multitudinis, quia vnum, quod accipitur in definitione multitudinis, est numerus, & vnum definitur seu cognoscitur per priuationem multitudinis in ipso: vnu quod igitur istorum duorum accipitur in cognitione seu definitione alterius, & est quasi petitio principij: solutio autem huic apparuit ex his, quae nota uobis de mente Commentatoris in definitione relatuorum, & hec sufficiunt ad persens: & fortasse, si Deus prolongauerit vitam, forte aliquando ero vobiscum & declarabo hec omniam demonstrative, & id quod dicit Commentator de ente, seu de esse contra Auctenam,

## ADNOTATIONES

cennam, si illa, quæ iam dixi nō sufficiunt. Hoc autem q̄ aliquis possit dicere contra hoc, quomodo posuit numerum, ex quo est per operationem intellectus, in prædicamento quantitatis, iam solutum est in eis, quæ nota vobis iam ex media sua expositione, dictum enim est, q̄ in prædictis locis loquitur de rebus, s̄m q̄ ipsæ sunt famosæ & magis notæ vobis, non in se, vnde in quantitate etiam ponitur præteritum temporis, & ipsum non est nisi p̄ operationem intellectus, & quæ dicta sunt de uno, & de ente, seu esse à Commentatore: est scientia Philosophi expressa in Decimo Metaphys., textu commentarii octauo, & maxime s̄m traductionem latinā, in arabica enim non ita manifestum est, quamvis quasi idem dicunt: & vide Duodecimo Metaphysicæ, textu commentarii, 19, dictum Philosophi, qm̄ inuenitur extra substantiam &c, quamvis non sit totaliter ad propositum. & vide etiam de analogia istorum, Commentum, 19, & 20, & 21, 12, & 10, Secundi. & intellige rationes Philosophi & Commentatoris illic bene, s̄i in Octavo Nono Decimi Libri, & hæc sufficiunt Illa autem, quæ dicunt quidam latini contra Commentatorem in istis, nihil sunt, & omnia faciliter franguntur intelligentibus distinctiones horum nominum Bene, & ea quæ insunt vnicuique significationibus istorū. Vnde scendum, q̄ esse, s̄m modum loquendi Commentatoris, duplíciter ad propositum accipitur tātum. Vno modo pro esse, quod idem est q̄ ens, quod est tanquam genus decē prædicamentorum. Alio vero modo, s̄i est synonymum, vt dictum est primo modo &c, id est, q̄ res differunt tantum modo quodam, quia res non connotat existentiam actualem vel potentialem, esse autem sic, s̄i, vel actualem vel potentialem, & dividitur ad substantiam & accidens & in actum & potentiam, cui opponitur priuatio: & s̄m istū modum intelligitur quæstio Philosophi Primo Physicorum, cum autem dicimus substantiam esse, intelligitur s̄m alium modum, s̄i vt est synonymum vero: aliter esset aliqua nugatio, cum autem dicimus substantia habet esse per se, seu est ens per se existens, accipitur ly esse seuly ens per id quod est tanquam genus. & talis descriptio alii qualiter, sed non perfecte, facit cognoscere rem & multæ tales descriptiones sunt in scientijs: esse autem primo modo prius est natura vel causa, esse secundo modo sequitur esse primo modo: intelligitur hoc quod dicimus substantia habet esse per se, accidens autem habet esse s̄m q̄ habet esse in alio, quod est seu haber esse p̄ se, esse autem pro vero modo dicto conueniunt omnia prædicamenta æqua liter, & tale, vt dictum est, constituitur per operationem intellectus, & talis cognitione præcedit cognitionem quiditatis rei, s̄i q̄ non querimus naturaliter procedendo cognitionem quidditatis rei donec sciamus ipsam esse extra animam in actu vel potentia, sicut est in anima: cognitione tamen quid nominis præcedit hanc, accipiendo autem esse secundo modo, significatum eius est aliud à quidditate seu essentia, & tali modo potest quis cognoscere quidditatem, non dico quidditatē esse, & ignorare esse rei secundo modo accepto, cum autem intelligitur p̄ esse id quod intelligitur per rem, est tanquam genus dictum s̄m prius & posterius: & per hæc soli postulant omnes difficultates vnde id, quod quidam dicunt probando q̄ esse differt ab essentia, seu q̄ est existentia, & aliud ab istis duobus modis, nihil est, dicūt enim, q̄ quāduncq; sunt aliqua duo, quorum vnum affirmatur de aliquo à quo alterum negatur, illa sunt diuersa: sed quidditas dicitur de aliquo, s̄i de rosa non existente, & ab ipsa tamē negatur esse, ergo &c. & alias similes rationes ponunt: sed certe ex malo intellectu huius rei procedunt, nam quidditas & essentia, quod est idem q̄ res & esse, q̄ est tanquam genus, vel est in actu vel in potentia, vt dictum est. similiter esse vel accipitur primo modo, vel secundo: & si primo modo, vel in potentia vel in actu: & tūc manifestū est, q̄ si accipiatur essentia in actu, de quacunq; re dicitur, de ipsa etiam dicitur es in actu primo modo, & si dicitur essentia in potentia, si

E militer & esse primo modo: vnde quidditas in actu est es se tale in actu & quidditas in potentia, potentia est tale esse in potentia primo modo, manifestum igitur est, q̄ nō est alius modus esse præter hos, quos Commen. posuit. existere autem in actu est quidditas & tale esse primo modo in actu & quidditas in potentia est existentia, & tale esse in potentia, si vocari debet existentia, cum sit in potentia, ita q̄ per illam naturam & per quam est ens & quidditas seu essentia, per illam existit sive in actu sive in potentia: non q̄ sit hic aliquid accidens per quod res seu ens existit seu habet esse in actu vel potentia s̄m primum modum. esse autem secundo modo, quod est per operationem intellectus, q̄ differt à quidditate, est id quod negare possumus: & etiam ignorare nota existente quidditate, id etiam, q̄ dicunt, q̄ quidditas dicitur de rosa non existente, vel intelligunt q̄ dicitur esse in rosa sive in potentia sive in actu vel non, si intelligunt quod dicitur esse in rosa, tunc manifestum est q̄ esse secundo modo dicitur de ipsa in actu vel in potentia, si non, non bene est intelligibile id q̄ dicunt dī de rosa: & de his nolo plus ad præsens prolongari magis: quia videtur mihi q̄ hæc sufficiunt, & maxime tibi.

## HELIÆ CRETENSIS

PHYSIOPHI, ET MEDICI,  
IN DICTIS AVERROIS SVPER  
LIBROS PHYSICORVM CLARIS-  
SIMAE ADNOTATIONES

Intentio Auctoris.



G

Vm voluerit Comes Illustris dominus Ioannes della Mirandula habere aliqua, quæ circa Librum Physicorum mihi apparent, hoc nullo modo negare potui. Ipse enim vere est virtuosissimus, naturaliter dispositus ad recte Philosophandum, immo iam dignissimus existit Philosophus, & hæc fuit causa, vt aliqd de eis scriberem. Quāuis enim pauca brevia & forte obscura sint, ipse suo clarissimo intellectu hæc & obscuriora intelligit. Siquis enim ex se intelligere potest, immo inuenire, aliorum dicta facile cognoscit. Et ideo ego Helias hebreus cretensis voului hæc aggregare, hæc tamen quidem non sunt bona nisi sibi & eis, qui ei assimilantur, qui pauci sunt. Præsupponendo tamen multa dicta modernorum, quæ tamen omnia clara sunt ei, quæ omnia debent ordinare videri, aliter erit quædam confusio. In istis tamen omnibus loquor ut Philosophus non aliter: via tamen legis quæ firmior est, est alia &c.

Auer. ip  
mia pri  
physicor

Irca procemium, vbi dicit, q̄ quædam scien  
tia speculatiæ sunt pp exercitium &c.  
Si textus est rectus sic intelligitur, q̄ quæ  
dam scientiæ speculatiæ sunt propter exer  
citionem intellectus, s̄i vt intellectus exer  
citetur, & acquirat habilitatem intelligendi & recte intel  
ligendi in scientiæ speculatiis, quæ sunt propter scire &  
perfectionem intellectus tantum: vt Naturalis & diuina,  
quæ sunt de speciebus & rebus à natura intentis, non aut  
sic sunt mathematicæ. Quod autem scientiæ mathematicæ  
saltē quædam sint tales, & quod sunt quasi tanquā Lo  
gica, & maxime apud antiquos non habentes Logicam  
saltē complete, declaratum est à Platone in suo de Regi  
mine ciuitatis: & ab Averroī in commento, vnius libri,  
quem traduxi vobis de hebraico in latinum: & iam dixi  
de hoc in quæstione mota de possibilitate continuationis  
in fine, Item in eodē vbi dicit, Sed vñus quo vtitur enthy  
memæ